



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1675

Disputatio I. De Incarnatione secundùm se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72963)

DISPUTATIO PRIMA.

De Incarnatione secundum se.

QUÆSTIO I.

An Incarnatio sit possibilis, & naturaliter cognoscibilis?

Dico I. Incarnatio est possibilis. Paret: quia Fides docet esse factam; nec aliunde ostendi potest implicantia.

Dices I. Deus esset pars componibilis; quod repugnat actui puro & simplici. Resp. non esset pars componibilis strictè, quæ videlicet est incompleta & toto imperfectior, atque ad comparationem se habet tamquam potentia perfectibilis, vel tamquam actus perfectivus, seu forma intrinsecè perficiens. Esset tamen, idque sine imperfectione pars componibilis latè; prout compositio nihil est aliud, quam duorum unio. Sic enim verè, etsi non rigorosè, Deus componit Christum, ut tamen non sit quid incompletum nec toto Christo imperfectior, neque ab aliquo perficiatur, aut etiam alterum aliter quam terminus extrinsecus perficiat, idque mediante unione quæ hypostatica dicitur; & in humanitate subiectatur, Deoque tamquam extrinsecum terminum respicit. Unde Christus juxta definitionem *V. Synodi Collatione 8. can. 4. & 7. & Synodi VI. act. 4. in Epistola Agathonis Papa*, est compositus, etsi non in toto rigore, de quo *Concilia* minime curarunt. Ita *Scotus 3. dist. 6. q. 3. n. 2. D. Bonav. d. 6. a. 1. q. 2.* & antiqui Scholastici communiter; etsi ab his discrepent quidam Recentiores in questione de voce, existimantes dicendum esse, quòd Christus etiam rigorosè sit compositus.

Dices II. Nulla est proportio inter Deum, utpote infinitum, & hominem utpote finitum. Resp. non esse quidem proportionem in perfectione entitativa; bene tamen in ratione unibilis aut terminabilis & terminatis; quemadmodum etiam Deus de facto terminat cognitionem & amorem humanum.

Dices III. Vi Incarnationis inciperet Deus dici homo, & nova denominatio deberet provenire à nova forma denominante; ex qua proinde sequeretur in Deo mutatio. Resp. illam denominationem in Deo sufficienter provenire ab humanitate sibi non intrinsecè instar formæ, sed copulatè per unionem ad ipsum Deum terminatam: etsi humanitas sit pars intrinsecè toti Christo, & humanitati intrinsecè

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

insit ipsa unio. Quare patet in Deo nullam sequi mutationem. Vide *D. Bonav. 3. d. 1. a. 1. q. 1.* ubi optimè hanc quæstionem tractat.

Dices IV. Impossibile est unionem intentionalem, sed realem & physicam, qualis est hypostatica, terminari immediate ad personalitatem Verbi, & non ad Deitatem seu alias rationes ei identificatas (prout juxta Theologos in mysterio Incarnationis contingit) cum talis unio videatur debere terminari immediate ad totam rem: quemadmodum & actio physica terminari absolute nequit ad unam rationem, quin etiam terminetur ad aliam identificatam. Resp. id quidem videri difficultimum, etiam supposità distinctione formali Scoticà (quæ seposità videtur vix aut ne vix conceptibile) non esse tamen id impossibile, Fides docet, nec aliunde ostenditur implicare. De actione est aliud: quia per hanc ponitur res in esse, nequit autem una formalitas existere sine altera; adeoque nec effici nisi eadem actione quæ alia: si enim distincta, jam poterit Deus unam actionem separare ab alia actione, & consequenter ipsas formalitates actus, quæ proinde non erunt contra suppositum formalitates, sed res strictè, seu realiter distinctæ.

Petes I. An sola secunda Persona poterit incarnari? Resp. æqualiter potuisse incarnari Patrem & Spiritum sanctum; cum ne apprens quidem ratio in contrarium possit allegari. Quamvis congruum fuerit, ut Verbum caro fieret, & Pater mitteret Filium suum, ut sicut in sapientia (quæ Filio appropriatur) omnia sunt creata, sic & recrearentur, idemque diceretur filius Virginis, qui ab æterno erat Filius Patris divini. Alias congruentias vide apud *D. Thomam 3. Parte q. 3. a. 8. D. Bonav. d. 1. a. 2. q. 3.* & alios.

Petes II. An sola natura humana poterit assumi? Resp. potuisse etiam assumi angelicam ob paritatem rationis. Idemque insinuat modus loquendi Apostoli ad *Hebr. 2. Nisquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahamæ apprehendit.* Congruum tamen fuit pietati divinæ, ut potius generi humano per Incarnationem mederetur, quod totum in radice & per voluntatem alienam erat fauciatum; cum è contra plurimi angeli perseveranter steterint, & singuli angelorum peccantium ceciderint per proprium arbitrium. Alias adhuc congruentias addit *D. Bonav. d. 2. a. 1. q. 2. in corp.*

Immo juxta Doctores communiter potuisset etiam natura irrationalis assumi: cum non possit ostendi specialis implicantia. Confirmatur: quia constat de facto as-

A 2

sump-

I. Incarnatio & possibilis.

Quo sensu Deus componat Christum, quo sensu.

Quo sensu Christus dici possit compositus.

Inter Deum & humanitatem est proportio in ratione unibilis, etsi non entitativa.

Unio hypostatica ad Deum terminata non causat in eo mutationem aut novam

denominacionem intrinsecam.

3.

Unio potius quam actio potest terminari immediate ad unum, quin terminetur ad aliud realiter idem, & formaliter distinctum.

4.

Qualibet Persona divina potuisset incarnari; sed congruentius Filium.

5.

Assumi etiam potuisset natura angelica.

Congruentius tamen humana succurret divina pietas per Incarnationem.

Potuisse quoque assumi natura irrationali,

Immutari accidenti.

sumptum fuisse corpus, & mansisse Verbo unitum, etiam dum mortuum adeoque irrationale erat. Similiter assumpti sunt sanguis alique humores, etsi non informetur animâ rationali.

Majus dubium est, an potuerit assumi accidens. Et videtur verosimilius quod sic; nisi quidem ut accidens informet divinam personam, sed ut ad hanc terminetur, & ab ea tamquam mero termino dependeat. Si enim natura substantialis possit ita terminari ad personalitatem Verbi divini, absque eo quod intrinsicè immutet aut perficiat: cur similiter nequeat accidens absque informatione aut intrinsicâ immutatione afficere divinam personam, quæ illud accidens sustentet merè terminando loco subiecti?

6.

An eadem natura creata possit simul assumi à pluribus personis, aut eadem persona divina assumere plures naturas.

Quæritur insuper, an eadem natura creata possit divinitus assumi simul à pluribus personis divinis, aut è contra eadem persona divina assumere plures naturas? Verùm prior pars solet resolvi conformiter ad id quod quisque sentit de dependentia ejusdem effectus à pluribus causis totalibus; plerique enim qui censent illam esse possibilem (quod Plurimi censent probabilissimè) consequenter hic respondent affirmativè: qui autem illam censent implicare (ut Scotus & alii) censent consequenter non posse secundam vel tertiam personam terminare dependentiam naturæ creatæ, utpote jam totaliter terminatam & velut exhaustam v. g. per primam personam. In natura autem divina (inquiunt hi) est aliud; eò quod sit infinita, & tribus personalitatibus realiter identificata, adeoque non in potentia passiva ad unionem vel dependentiam ab illis. Non implicat tamen juxta nostrum *Joannem Poncium disp. 37. nu. 31.* quod eadem natura creata assumatur simul à pluribus, sed partialiter dependendo à singulis, sicut idem effectus dependet etiam naturaliter à pluribus causis partialibus. De secunda parte quaesiti non est controversia: cum ne apparens in hoc sit contradictio, quod una divina Persona assumat plures naturas: cum etiam naturaliter plures effectus possint dependere ab eadem causâ totali; persona autem assumens habeat se instar causæ.

7.

Intellectus creatus nequit viribus natura evidenter cognoscere incarnationem esse possibilem.

Dico II. Incarnationis possibilitas non potest viribus naturæ ab intellectu creato evidenter cognosci. Colligitur ex Apostolo ad *Ephes. 3.* ubi hoc mysterium vocat *investigabiles divitias Christi &c.* Idem indicatur *Isaia 53.* *Generationem ejus quis enarrabit?* divinam scilicet & humanam, ut Patres explicant. Unde merito *Chrysostomus Hom. de S. Joanne Baptista* ait: *Miraris quia ego nesciam? Omnis creatura ignorat.*

Ratio est: tum quia nequit intellectus creatus suis viribus attingere mysterium Trinitatis, adeoque nec Verbum divinum, cujus tamen personalitas in mysterio Incarnationis, prout jam facta est, involvitur:

tum quia etiam loquendo de Incarnatione secundum se, nequit evidenter cognoscere nullam in hoc mysterio involvi contradictionem; quamvis enim intellectus fide illustratus apparentes contradictiones solvat, uti & circa mysterium Trinitatis, non tamen ita, ut contrarium fiat evidens.

Nec inde moveri aliquis debet ad judicandum Incarnationem esse impossibilem (prout *Porphyrius, Celsus* & quidem alii Philosophi possibilitatem Incarnationis negarunt, eò quod intellectu illam non possent assequi) sed Christianus debet intellectum captivare ob auctoritatem primæ Veritatis; infidelis autem moveri notis fidei tum communibus, tum particularibus, quæ hoc mysterium faciunt evidenter credibile. Considerare insuper quilibet debet proprii intellectus imbecillitatem, qui etiam in obviis rebus cæcutit, & cui evidens est plurima etiam naturaliter esse possibile, quæ tamen non assequitur, divinamque omnipotentiam longè superare nostram cognitionem, sicut divina natura & sapientia infinitè excedit nostram. Unde *Augustinus Epist. 3. ad Volusianum* rectè concludit: *Deus Deum aliquid posse, quod nos faciamur investigare non posse.* Ad luadendam tamen seu conceptibilem faciendam possibilitatem adducunt Sancti unionem corporis puri cum puro spiritu, unde exurgit una natura humana: inde enim concipi potest, quod humanitas (quæ est ex parte spiritualis) sit unibilis puro, & divino spiritui in unam personam.

Dico III. Intellectus sensibus alligatus non potest evidenter cognoscere mysterium incarnationis, etiam postquam positum est: quia nihil sensibile in Christo ostendebat evidenter Dei Incarnationem: quamvis opera illius ficerent eam evidenter credibilem. Verosimiliter tamen (etsi hoc negent etiam Varii *Scotista*) potest istud mysterium evidenter cognoscere intellectus sensibus non alligatus, quantum est de se: nam unio hypostatica est ens creatum, quod totum est proportionatum tali intellectui, ut inculcat *Scotus 4. dist. 10. qu. 8. per totam.* Quamvis autem *Quod l. 14. n. 22. & seqq.* paulò aliter loquatur de visione Dei (idemque est de Unione hypostatica, quæ similiter indirectè involvit ipsum Deum) tamen ibi solùm problematice procedit. Nec obstat, quod intellectus etiam angelicus viribus suis clarè cognoscere nequeat Verbum divinum, quod est terminus hypostaticæ Unionis; potest enim clarè cognosci unio, etsi terminus solum cognoscatur abstractivè & confusè. Vide dicta in materia de *Angelis d. 3. q. 2. n. 4. & seqq.*

Dices: *SS. Patres* videntur negare cognoscibilitatem hujus mysterii, etiam dum positum est; quod proinde aiunt damnem lauisse. Resp. illos loqui de hominibus, quorum intellectus est sensibus alligatus.

gatus vel certe loqui de tempore, quod necdum erat positum. Quod ad daemones attinet (de bonis Angelis non constat ex Patribus) illos latuit ex subtractione divini concursus, ideoque in Conclusionem dictam est: quantum est de se. Videtur tamen daemones permissum fuisse, saltem tempore praedicationis, cognoscere arguitive hoc mysterium, tum ex miraculis, tum ex impletione Scripturarum. Unde Luca 4. & 8. & Matth 8 satis exprimitur, quod daemones sciverint ipsum esse Christum, quoniam ideoque vocabant filium Dei altissimi: etsi non sciverint ita mysterium & fructum passionis, juxta illud 1. ad Cor. 2. Si cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent (si tamen hoc de daemionibus, & non de Principibus Judaeorum intelligendum sit) etsi forte aliquantulum suspicarentur, ideoque per uxorem Pilati passionem impedire daemon niteretur, ut multi putant cum S. Leone Papa & Scoto: quamvis Alij putent fuisse Angelum bonum.

raele, nec ullum neque Dei veri, neque idoli colendi instrumentum. Ergo Messias jam venit: atqui de nullo est apparentia, nisi de Jesu Christo; ergo Jesus ipse est Messias.

Defecit porro sceptrum de Juda, dum exclusa gente Assamæorum seu Machabæorum intrusus est Herodes alienigena, qui teste Josepho regnavit annis 37. & sub cujus regni finem Christus est natus. Ut proinde ly donec idem sit, ac sub idem tempus, sic scilicet ut rex alienigena & Messias invicem contingant: in tam immensa enim annorum multitudine, quæ intercurrit inter vaticinium ejusque impletionem, modica ista antecessio regni inchoati Herodis pro nihilo reputatur.

Quod verò Herodes fuerit alienigena, & quidem Idumæus, testatur Josephus fere contemporaneus, & tradunt Patres communiter. Nisi quod varii secuti Julium Africanum faciant eum genere Alcalonitam, etsi in Idumæa natum. Quod equidem ad propositum nil refert. Et aliàs hac in re magis credendum Josepho, qui testatur fuisse eum genere Idumæum. Nullam verò apparentiam habet, quod Terntellus contendit eum fuisse Judæum, & quidem de tribu Juda. Infundatum similiter est, quod Scaliger contendit Idumæos non posse dici alienigenas, ex quo à Joanne Hyrcano edomii omnes sunt Judæis per circumcisionem aggregati; veluti Proselyti, ut testatur Josephus. Hoc enim non obstat, quin Herodes appelletur & sit alienigena, scilicet genere seu familiâ, etsi non Religione. Idque intento Vaticinii sufficit, defecisse scilicet circa adventum Messiae sceptrum in populo Judaico, datumque non defecendenti ex Israel. Deinde gratis concessio, quod sive Terntellus sive Scaliger contendit, saltem perfectissimè defecit omnis regia & principalis auctoritas, quando amoto post nativitatem Christi Archelao Herodis filio, Judæa redacta est in Provinciam, cui Prætes Gentilis à Romanis est assignatus. Quod etiam sufficeret ad convincendos Judæos.

13. Sceptrum de Juda defecit in Herode.

Quis fuit alienigena Idumæus natione.

Etsi Proselytus, seu religione Judæus.

Atque etiam natione Judæus foret, adhuc ex vaticinio Jacob convinceretur Judæi.

14. Difficultas movetur, quod dudum antea videatur defecisse sceptrum in Machabæis.

QUÆSTIO II.

An Messias jam venerit?

11. Messias idem quod Christus seu unctus.

12. Iesum esse Messiam pertinaciter negant Judæi.

13. Alij verò Christiani. Probatur ex vaticinio Iacob. Genesis 49.

MESSIAS idem Hebraicè quod græcè Christus, latine unctus, designat hominem quemdam ex Judæis descendentem, à Deo & Prophetis prædictum, ac promissum in regem & salvatorem, de quo Sanna ita Joan 4. Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cui Salvator ait: Ego sum qui loquor tecum. De quo etiam nuncius dubitat qui se Christianum profitetur, sed neque apud perfidos Judæos dubium est, quin jam venerit homo ill: qui dicitur Jesus, qui multa miranda fecit, & tandem fuit actus in crucem: cum hoc sit tam certum ex traditione & historiis, ipsoque Josepho eorum historiographo, quam quod apud Macedones fuerit Alexander, vel apud Romanos Cæsar: pertinaciter tamen negant eum esse Messiam.

Oppositum autem probatur ex Scripturis veteris Testamenti, quas solas Judæi admittunt. Nam Gen. 49. prædicit Jacob: Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est; id est, Messias (ut vertit Chaldaea Paraphrasis) & ipse erit expectatio Gentium. Ubi aperte prædicitur in Tribu Juda sive Gente Judaica potestatem regiam sive principatum non defecturum, donec veniat Messias: constat autem evidentè illum multis sæculis irrecoverabiliter defecisse, ut non posset claris in aliqua Gente aut Natione deficere. Ideoq; hoc ipsum etiam infatigabilis Christianis Rabbino, Davidi Kimhi veritas extorsit, qui prophetiam Osee 3. v. 4. fitetur jam in Judæis adimpleri, quando (inquit) nobis neque Rex est neque Princeps ex II-

Herinc: Sum. Theol. Pars IV.

Major difficultas est, quomodo non dudum antea defecerit imperium seu principatus de Juda; si non in captivitate Babilonica, aut etiam immediate post, quando Zorobabel à Rege Persiæ datus fuit Judæis in ducem: saltem tunc, quando deinceps summa potestas & gubernatio reipublica mansit penes Pontifices, tum ante tempora Machabæorum, tum illorum potissimum & successorum tempore. Quod autem Quidam somniarunt Machabæos fuisse de tribu Juda, manifestè repugnat Scripturæ 1. Machab. 2. ubi pater Machabæorum Mathathias dicitur Sacerdos ex filiis Joarib, adeoque non ex tribu Juda, De qua nullus aliarum præ-

sto fuit, ut ait Apostolus ad Hebr. 7. A 3 Ad

Ad quam
est triplex
responsio.
Prima res-
ponso.

Ad hanc difficultatem est triplex responsio. Prima est, Pontifices istos, præsertim Machabæos, fuisse per lineam maternam ex tribu Juda prognatos regieque Davidis familiæ insertos. Quod quoad Machabæos esse in comperto, etiam apud Rabbinos sive Judæos, observat *Baronius in Apparatu ad Annales*. Observatio tamen ista alius non est certa. Eaque admittâ, adhuc difficultas est, quod (ut Judæi censere solent) familia matris non sit familia. Minus valet, quod in probationem à quibusdam assumitur illud 1. *Machab. 5. Viri Juda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israël*. Ibi enim per Judam intelligitur Judas Machabæus, qui, & viri sub eo militantes ob partas victorias erant apud ceteros nominati. Unde *Versio Græca* habet: *Vir Judas & fratres ejus &c.* Qui tamen huic responsioni adhæere maluerit, dicere posset, etiam lineam maternam considerari eatenus, quod ubi femina præesse possunt (quas apud Judæos præesse potuisse, patet ex *Debbora* matre in Israël & ex *Athaliæ* regno) non censeatur sceptrum in familia illa defecisse, ex qua adhuc femina superest, vel quam mascula proles saltem secundum lineam feminæam tangit, ut habet *Leonardus Marinus* in hunc locum scribens.

15.
Secunda
responsio.

Secunda responsio est jus principatus mansisse penes tribum Juda, etiam interdum ex alia tribu assumerentur ducis: sicut imperium erat penes Romanos, & regia potestas est penes Polonos, & regia potestas est penes Polonos, tamen non raro eligerentur exteri. Sed contra facit, quod alioquin ad sensum Scripturæ non defecisset sceptrum etiam per alienigenam, si Judæi in illum consensissent, prout teste *Josepho* postea in *Herodem*, præstito ei fidelitatis juramento, consenserunt. Deinde stabilito regimine Pontificum, successerunt sine electione filii parentibus, simul atque hi filios habuerunt; ut ex eorundem genealogia constat.

16.
Tertia res-
ponso.

Tertia responsio est multorum etiam Patrum, per Judam intelligi non solum tribum Juda, sed etiam totam Gentem, quæ ab ipso postea denominata, & ipsius tribui quodammodo incorporata fuit. q. d. Imperium gentis Judaicæ non auferetur ab ea, ita ut decidat in alienigenam, donec veniat Rex ille regum Messias. Nam maxime post captivitatem Babylonis quando tribus illa cum paucis ex tribu Benjamin, Levi & aliis in Palæstinam rediit, tam exigua fuit habita ratio ceterorum, ut tam primum omnes Judæi sint appellati, & terra Judæa, Genique & Regnum Judæorum, teste *Josepho*, *Eusebio* & aliis. Unde consequenter regnum censebatur istius tribus, etiam Principes ex alia tribu imperarent. Itaque ad Judam dirigendo quæ Genti Judaicæ convenirent, voluit significare Spiritus sanctus fore, ut tempore impletionis

huius vaticinii omnium tribuum & totius regionis esset nomen commune, scilicet populus & terra Juda, loquens sicut postea utus loquendi viguit. Quomodo nomen Juda etiam sumitur *Malach. 3.* & pluries 1. *Machab. 1.* & alibi.

Probatur II. ex *Dan. 9.* ubi varia manifestè prædicuntur de adventu & passione Messie implenda intrâ 70. hebdomadas, annorum scilicet, quæ faciunt annos 490. adeoque certissime jam à plurimis sæculis effluerunt, undecumque sumatur hebdomadarum initium, & sive censeantur anni lunares, ut vult *Julius Africanus* & pauci alii, sive solares, ut habet vera & communis Doctrina. Unde verè dixit noster *Lyranus* in cap. 9. *Dan.* in fine: *Non remanet Judæis excusatio ex diversitate computationum: cum tempus 70. hebdomadarum, qualitercumque computetur, jam per mille annos (adde tot alios centenos) transferri in præteritum, & amplius. Sola igitur obstinatio malitiosa tenet eos in perfida expectatione Messie.* Omnium tamen Interpretum, Patrum & Orthodoxorum sententiâ & calculo finitæ sunt hæ hebdomades circa tempus Christi. Ipeque contextus clamat esse de eo sermonem: manifestumque est in eo esse impleta, quæ ibi prædicuntur, aut circa tempus ejus. Quamvis ob tam præcæ Chronologiæ obscuritatem & varietatem difficile sit primum & ultimum annum istarum hebdomadarum præcisè consignare, præsertim cum annorum computus ineundus sit magnâ ex parte iuxta profanorum scriptorum, quos sæpe contingit errare, historias. Unde mirum in modum variant Interpretes, dum alii initium sumunt à facultate per *Cyrum* Judæis concessâ circa restaurationem templi, alii ab eadem per *Darium* postea renovatâ; de qua est sermo in *lib. 1. Esdræ*: alii ab anno septimo *Artaxerxis* longimani (qui & *Assuerus*, cujus uxor fuit *Hester*) quo is misit *Esdram* in *Jerusalem* cum multis Judæis, concessâ ei omni petitione: alii plerique ab anno 20. ejusdem, quo data est *Neheemix* facultas restaurandi urbem cum suis muris 2. *Esdræ* 2. eò quod sic propriè accipiuntur verba *Gabrielis* Archangeli *Daniel. 9.* *Ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem, usque ad Christum Ducem hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt;* quando nimirum *Christus* se ostendere incipiet tamquam ducem & Evangelii præcorsem. Ut autem rectus sit computus, dicunt hi Auctores intelligi annum vigesimum, non quo solus regnavit, sed junctis 10. annis, quibus fuit consors regni patris sui *Xerxis*. De quibus vide *Petavium lib. 12. de Doctrina temporum cap. 17. & sequens. Suarez hic disput. 1. sect. 2.* & alios.

Probatur III. ex *Aggai 2.* *Ahuc unum modicum est, & commovebo calum & terram &c. & venies desideratus cunctis Gentibus, & implebo domum istam*

Quaest. III. An Messias fuerit verus Deus & verus homo. 7

istam gloria Magna erit gloria domus istius
 novissim^o plusquam primas; quia videlicet Deus
 non nebulâ quâdam, uti olim templum
 Salomonis, quo erat secundum multo ab-
 jectius & humilior, sed suâ reali præsentia in
 humanitate assumpta illud implebit longè
 augustius & gloriosius. Cui consonat illud
*Malach. 3. Et statim veniet ad templum sanctum
 suum dominator, quem vos queritis &c.* Quomo-
 do autem unicum tantum modicum adhuc
 restabat tempore *Aggai* (qui hæc vaticini-
 natus fuit tempore Darii Hyllaspis, ut pa-
 tet *1. Esdra 5.* anno scilicet secundo regni
 ejus, adeoque quingentis & amplius ante
 Christum annis) quomodo statim ventur-
 us erat juxta vaticinium *Malachia*, si nec
 modò advenerit. Immo quomodò secunda
 domus seu templum implebitur umquam
 majori gloria, aut dominator ad illud ven-
 niet, quod nunc à tanto tempore funditus
 est eversum?

17. *Et Mala-
 chia,*

19. *Et alia Pro-
 phetia in
 Christo im-
 ploria,*

*Denique ex
 notis fidei.*

Probatur IV. ex pluribus Prophetiis de
 nativitate ex Virgine in Bethlehem & tem-
 pore pacis, de Præcurfore, de ingressu hu-
 mili in Jerusalem super asinam, de miraculis,
 de reliqua vita, passione, morte & resur-
 rectione venturi Messia: quæ omnia ex-
 actissimè verificantur in Christo.

Probatur denique ex Notis fidei Chri-
 stianæ, tum generalibus, tum specialibus,
 puta miraculis, quibus hoc mysterium est
 confirmatum; ut patet ex actis Apostolorum
 & Ecclesiasticis Historiis, ipsisque ope-
 ribus miraculosis Christi. Quo argumen-
 to ipse Christus probavit se esse Messiam,
 respondens discipulis Joannis *Matth. 11. &
 Luca 7. Euntes renuntiate Joani, que audistis &
 vidistis: cæci vident, claudi ambulant &c.* juxta
 illud vaticinium *Isaia 35. Deus ipse veniet &
 salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum &c.*
 Sicut itaque notæ fidei Christianæ, sig-
 nanter miracula, faciunt eam evidenter
 credibilem, etiam Gentilibus; sic quoque
 auctorem ejusdem Jesum Christum seu
 Messiam: idque potiori sanè fundamento,
 quam Judæi ipsi sibi vel aliis credibile face-
 re valeant, Moysen, Isaïam & similes fuisse
 veros Prophetas à Deo missos.

20. *Indaorum
 cecitas cum
 suo funda-
 mento deta-
 giatur.*

Decipiuntur autem Judæi expectantes
 Messiam divitem, & multas divitias affe-
 rentem; qualiter depingitur *Joelis 3. Isaia 6.
 Amos 9.* quod tamen spiritualiter est intel-
 ligendum: cum alibi depingatur pauper &
 humilis, vir dolorum & sciens infirmita-
 tem, cujus livore sanati sumus. Similiter
 quæ de habitacione lupi cum agno, & exal-
 tatione templi & montis Sion prædicuntur,
 de pace & gloria spirituali Ecclesiæ sunt intel-
 ligenda. Denique errant Judæi, quia non
 noverunt distinguere duplicem Messia ad-
 ventum; primum humilem, quando venit
 judicari, secundum in Majestate quando
 venturus est cum gloria judicare. De quibus
 tamen adventibus diversimodè locuti sunt
 Prophetæ.

Petes, cur Messias venerit in fine tempo-
 rum potius, quam in principio? Resp. cum
 D. Bonavent. *dist. 1. art. 2. quest. 4.* ob quadrupli-
 cem rationem. I. ob peccatum puniendum.
 In hoc enim manifestatur divinæ ultionis
 & veritas, quæ tantos clamores sustinuit, an-
 tequam vellet descendere, Adamo interim
 cum sua posteritate in lymbo exulante à
 paradiso. II. ad morbum melius curandum,
 ingesta meliori infirmitatis notitiâ, ut sic
 homo ante curationem de sua impotentia
 & ignorantia, tam in Lege naturæ quam
 scriptâ convictus, confugiendo ad divinam
 gratiam efficaciter curaretur. III. quia recto
 ordini congruebat, ut plenum & maxi-
 mum beneficium usque ad diem seu tem-
 poris plenitudinem differretur. IV. ut sic
 Incarnationis beneficium amplius com-
 mendaretur: quod enim amplius differtur
 & diutius desideratur, pretiosius reputatur:
 & ideo hoc inter Dei beneficia pretiosis-
 simum, prius debuit esse desideratum &
 expectatum, quam exhibitum. Aliæ adhuc
 excogitari & adferri possent congruentiæ;
 quas Nonnulli congerunt.

21. *Cum Messias
 venerit in
 fine tempo-
 rum.*

• QUÆSTIO III.

*An Messias in lege promissus fuerit
 verus Deus & verus homo?*

Dico I. Messias est verus Deus. Est de
 fide ex *Symbolo Nicæno*, ac pluribus
 utriusque paginæ Scripturis contra *Indæos*,
Arianos, *Ebionitas*, *Carpocratianos*, *Cherinthianos*,
Photinianos & plures alios hæreticos negan-
 tes divinitatem Christi, qui videri possunt
 apud nostrum *Alphonsum à Castro V. Christus*,
Hæresi 1.

22. *Messias est
 verus Deus.*

Probatur I. ex *Isaia 9. Parvulus filius datus* *Probatur ex
 est nobis, & vocabitur admirabilis, consiliarius, Deus Testamento
 &c. Cap. 35. Deus ipse veniet, & salvabit vos: tunc
 veteri.*
*aperientur oculi cæcorum &c. Baruch 3. Hic est Deus
 hostis, & non estimabitur alius adversus eum
 Post hæc in terris visus est &c. Psal. 109. David
 adæquat eum Domino Deo dicens: Dixit
 Dominus Domino meo: Sede à dextris meis &c. Ex
 utero ante luciferum genui te. Quo etiam loco
 Davidis ipse Christus usus est contra Ju-
 dæos existimantes Messiam esse tantum
 filium David: quia Pater non vocat filium
 Dominum.*

Probatur II. specialiter contra Hæreti-
 cos ex novo Testamento *Joan. 1. Deus erat
 Verbum &c. Et Verbum caro factum est &c. Cap.
 8. Antequam Abraham fieret, ego sum. Cap. 10.
 Ego & Pater unum sumus. Cap. 20. dixit ei
 Thomas: Dominus meus & Deus meus. Et Epist.
 1. c. 5. Hic est verus Deus. Et ad Rom. 9. Ex quibus
 est Christus secundum carnem, qui est super omnia
 Deus benedictus. Et alibi sæpissimè. In eam-
 dem veritatem conspirant omnia Concilia
 & Patres. Vide Scholasticos, tum hîc, tum in
 materia*

Et novo.

materia de Trinitate, ubi ex professo ostendunt, & nos quoque ostendimus h. i. de Trinit. quest. 1. contra Arianos, secundam Personam, & consequenter Christum esse verum Deum.

Probatur III. ex communibus notis fidei, & ex specialibus hujus mysterii, ut sunt miracula, tum ab ipso Christo, tum à Christianis facta in confirmationem divinitatis ipsius: quæ faciunt etiam illud Paganis evidenter credibile. Accedit, quòd tum hoc mysterium, tum etiam alia, fuerint tanto autè tempore prænuntiata per oracula Prophetarum & Sybillarum, ac tam manifestè impleta: quæ tamen constat non esse conficta à Christianis, quòrum ne quidem nomen adhuc erat audiatum. Urget hoc eleganter Augustinus 18. de Civit. cap. 46. Theodoretus Orat. 1. de Providentia.

Dico II. Messias est etiam verus homo. Est de fide contra Manichæos, aliosque Hæreticos asserentes Verbum divinum assumptisse corpus phantasticum; adeoque tantum apparenter fuisse hominem, natum, passum, resuscitatum &c. Est etiam contra Anabaptistas negantes Christum habuisse veram carnem ex Virgine assumptam, sed habuisse caelestem & divinam ex Patris essentia genitam teste Bellarmino lib. 3. de Christo c. 1. Denique docuerunt & putarunt Ariani in Christo non esse veram animam, sed Verbum (quod sentiebant non esse Deum, sed supremam creaturam) ei fuisse loco animæ.

Sed Catholica veritas semper fuit in Ecclesia credita, in Symbolis fidei expressa, & in pluribus Conciliis definita. Cui etiam consentiunt Judæi, quibus nihil certius fuit, quam Messiam fore verum hominem ex semine Abrahæ & femore Jacob, filium David: prout in Prophetis clarè continetur. Verùm quia Manichæi vetus Testamentum non admittunt.

Probatur ex Ioan. 1. Verbum caro factum est. Et cap. 8. Quæritis me interficere hominem &c. Ad Rom. 5. Si unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. Et alibi passim dicitur homo & filius hominis. Quæ loca semper in sensu proprio sunt intellecta. Et meritò: non si in rebus ad fidei fundamentum spectantibus Scriptura loqueretur ambigüe, vel secundum apparentiam, omnia essent incerta, falsisque interpretationibus exposita.

Deinde idem convincit tota Historia Evangelica, in qua describitur Christi genealogia, conceptio, nativitas ex Virgine, vita in terris acta: scribitur locutus fuisse, ambulasse, fatigatus fuisse, comedisse, flevisse, multa tormenta, mortemque crucis subivisse. Ipse etiam Christus Matth. 26. de seipso ait: Tristis est anima mea usque ad mortem &c. Et Ioan. 12. Nunc enim anima mea turbata est. Et

Luca 24. Videste, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Quibus significat se habere veram animam & verum corpus. Denique dem satis convicit finis Incarnationis: nam si non esset verus homo, genus humanum redimere non potuisset, utpote incapax omnis meriti & satisfactionis. Quo argumento passim utuntur Patres.

Dices: Ad Philipp. 2. dicitur Christus in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Resp. Scripturam loqui de similitudine, non tantum apparenti, sed verà, scilicet in specie humana; prout intelligitur quod Genes. 5. dicitur Adam genuisse filium ad imaginem & similitudinem suam. Deinde cum Chrysostomo & aliis Patribus vox homo explicari potest de puro homine ex femine viri concepto & peccatis obnoxio; talis enim videbatur Christus, sed non erat.

QUESTIO IV.

An in Christo sint dua Nature, & una Persona?

Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus (cui præter plures Græcos ad hæsit aliquamdiu B. Theodoretus; quamvis postea in Concilio Calcedonensi aE. 8. errorem suum retractaverit) tempore Innocentii I. docuit in Christo esse duas personas, divinam & humanam, sicut in ipso sunt duæ integræ naturæ. Unde dicebat inter illas personas tantam esse moralem seu accidentalem unionem; ex qua proinde non resultaret quid usum substantiale, sed potius complexum accidentale, quod uno nomine appellatur Christus. Conjunctionem autem illam explicabat per hoc. Primum, quòd persona Verbi divini speciali quâdam ratione habitabat in persona hominis tamquam in suo templo. Secundò, quòd Verbum & ille homo erant invicem amore conjunctissimi. Tertio, quòd persona humana erat instrumentum quo utebatur Verbum Dei ad patranda miracula & egregias operationes. Quarto, quòd Verbum isti homini participaverit nomen & dignitatem suam, ut vocaretur, coleretur & adoraretur tamquam Deus & Dei filius, non propter seipsum, sed propter Verbum conjunctum, sicut adorantur Dei imagines. Quare dicebat purum hominem esse ex Maria natum; quæ proinde dici non possit Deipara. Similiter passionem, mortem & resurrectionem solisti homini ex Virgine nato, nullatenus autem Deo censabat posse attribui.

Hunc errorem dum acriter impugnetur Entiches Abbas cujusdam Monasterii Constantinopolitani tempore Leopis I. lapsus est in extremè oppositum (cui adhuc Dioscorus Episcopus Alexandrinus, homo flagitio-

Atque ex notis fidei

23. Messias est etiam verus homo

Vi semper Ecclesia credidit

Propheta prænuntiavit

24. Scriptura novi Testamenti patenter expressit

Totaque Historia Evangelica convincit

Vi & sui Incarnatio

Quo fuit Christus causatur in similitudinem

In est per De

In est Sy

25. Nestorius in Christo persona

Ido est

nic quare

26. Nestorius

Quaest. IV. An in Christo sint duae naturae & una persona. 9.

in Christo unam naturam,

fragitiosissimus docens, quod sicut in Christo tantum est una persona, sic etiam tantum sit una natura, ignorans, quomodo unitas personae necessarii asserenda cum pluralitate naturarum consisteret. Unde ex divina & humana censuit factam esse unam naturam; idque conversione divinitatis in carnem, vel (ut Alii putant ipsum sensisse) conversione humanitatis in divinitatem, vel (ut eius mentem explicant Alii) transmutatione utriusque in tertiam naturam; & hoc vel mixtione, prout elementa transmutantur in corpus mixtum; vel compositione, prout ex materia, prima & forma fit compositum physicum. Alii denique censent ipsum (quod est commune Haereticis) in expositione sui erroris sibi non satis constituisse.

torum seu personarum. Unde dicta propositio post longam controversiam fuit in Concilio Calcedonensi admissa. Et Gelafius Papa can. Sancta Romana d. 15. praefatam S. Leonis Epistolam canonizat, Cujus (inquit cum Synodo Romana) textum quisquam si usque ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit.

Christo aliud pati, aliud miraculis coruscantem.

Dices II. Filii debent parentibus esse consubstantiales, eisque posteriores: atqui Christus Deus non est Virgini consubstantialis, estque ea prior tota aeternitate: ergo Christus Deus non est filius Virginis, nec ipsa est Deipara: sed sunt duae personae filius Dei, & filius Virginis. Resp. filios debere parentibus esse consubstantiales, nec posteriores esse secundum naturam, quam ab illis acceperunt, ac proinde cum Christus Deus acceperit naturam humanam a Virgine, est secundum illam consubstantialis, ac Virgine posterior, adeoque vere & proprie est illius filius; prout definivit Concilium Ephesinum, & Synodus V. Collat. 8. can. 6. contra impiissimum Nestorium asserentem, quod B. Virgo sit, non Theotocos seu Deipara, sed solum Christotocos seu Christopara.

Christus quia filius Virginis est ei consubstantialis, ac posterior.

27. *In Christo est unica persona, Deus homo,*

Juxta Consilia & Symbola Ecclesiae.

Dico I. In Christo tantum est una Persona, quae vere & substantialiter est Deus homo. Est de fide ex Concilio Ephesino, quod specialiter contra Nestorium fuit congregatum, aliisque pluribus Conciliis. Idem patet ex Symbolis fidei: nam in Symbolo Apostolorum ille qui est unicus filius Dei, dicitur natus ex Virgine, passus &c. Symbolum Constantinopolitanum dicit: Unum Dominum Jesum Christum natum ante omnia secula, qui incarnatus est ex Maria Virgine, crucifixus &c. Et clarissime in Symbolo Athanasii dicitur: Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus unus omnino non confusione substantiae, sed unitate personae.

Idemque patet ex Scriptura,

eadem veritas colligitur ex Scriptura, quae unum & eundem a se ipse rei existentem vocat Deum & hominem, & quae in uno loco dicit de Deo vero, in alio dicit de vero homine: quod non recte fieret, si non una, sed duae essent personae accidentaliter tantum unitae. Confirmatur, quia duae substantiae integrae, accidentaliter tantum unitae, non denominant se invicem substantialiter, sed tantum accidentaliter; v. g. homo non dicitur vestis, sed vestitus; & proinde juxta sententiam Nestorii non recte Deus diceretur homo, aut contra.

inconveniens quia ex errore Nestorii sequuntur,

Probatur insuper: quia ex sententia Nestorii sequitur totam Trinitatem esse incarnatam, cum unio accidentaliter quam Nestorius ponit inter divinitatem & humanitatem Christi, non magis respiciat Verbum, quam Patrem & Spiritum sanctum. Deinde sequeretur multos alios Sanctos fuisse a Deo assumptos: cum inter hos & Deum similes accidentales uniones intercesserint. Denique secundum fidem Christus est simpliciter unus; cum tamen juxta sententiam Nestorii deberet simpliciter dici duo, utpote duplex suppositum completum.

28. *distinctio naturarum dicitur in*

Dices I. Leo Papa Epist. 10. ad Flavianum c. 4. ait de Christo: Aliud coruscans miraculis, aliud succumbit injuriis. Resp. hoc posse dici ob distinctionem naturarum; quamvis alius masculinè significaret distinctionem suppositi-

Dico II. In Christo fuerunt duae naturae integrae & inconfusae, scilicet humana & divina. Est de fide contra Eutichianos & quosdam iis affines Haereticos. Probatur I. quia nisi haec duae naturae in Christo essent integrae & inconfusae, Christus non esset verus Deus aut verus homo: quod est contra Scripturas. Similiter plurimae Scripturae de Christo agentes non possunt verificari nisi ratione divinae naturae, v. g. quod sit equalis & unum cum Patre &c. Aliae non nisi ratione humanae naturae, v. g. quod sit minor Patre, natus ex Virgine, fatigatus &c.

29. *In Christo sunt duae naturae inconfusae, divina & humana;*

Alias Christus non foret verus Deus aut verus homo.

Probatur II. ex Concilio, Calcedonensi (quod fuit contra oppositam haesim congregatum) act. 5. Synodo V. & VI. & pluribus aliis. Quibus adde Symbolum Athanasii supra relatum, & omnes sanctos Patres, quorum multi referuntur in Concilio II. Hispanensi cap. ultim.

Probatur III. Quia juxta sententiam Eutichianorum, deberet tota Trinitas dici incarnata; cum immutatio ista affecerit immediate ipsam divinitatem, & tamen non Pater aut Filius, sed Verbum caro factum est. Joan. I.

Totaque Trinitas dicenda foret incarnata.

Probatur IV. Quia evidenter repugnat naturae divinae, ut per transmutationem aut mixtionem fiat una cum natura humana, ut per se patet. Per compositionem etiam duae naturae integrae (quales sunt divina & humana) non possunt coalescere in unam tertiam, ut apud omnes Philosophos est indubitatum, qui censent hippocentaurus esse entia fictitia & chymica. Confirmatur: quia Christus tunc nec esset Deus, nec esset homo, sed illa tertia natura, sicut homo

Figmentum quoque Eutichianorum de confusione naturarum implicat.

mo non est corpus vel anima. Si autem humanitas verteretur in divinitatem, non esset homo; si divinitas in humanitatem, non maneret Deus. Quare dicendum est cum Catholicis in Christo remanere duas naturas distinctas, quæ tamen statuunt unum Christum sive personam, intercedente eadem personalitate Verbi, quæ divinam Christi naturam intrinsecè, humanam verò extrinsecè loco personalitatis propriæ terminat.

Retinenda proinde doctrina Catholicæ: quæ declaratur.

30. Verbum non conversione, sed assumptione carnis factum.

Dices I. Ioan. 1. dicitur: Verbum caro factum est: ergo verum est in carnem. Resp. Neg. Conseq. nam (ut rectè Gregorius l. 9. Epist. 61.) Verbum carnem dicimus factum, non immutando quod erat, sed suscipiendo quod non erat.

Explicatur Athanasius & Cyrillus.

Dices II. Cyrillus lib. 1. de Recta fide ad Reginas non longè à principio ex Athanasio ait: Constat etiam ipsum esse filium Dei, & Deum secundum spiritum, & filium hominis secundum carnem; non duas naturas & unum filium, unam quæ adoratur, & unam quæ non adoratur, sed unam naturam Dei Verbi incarnatam & adorabilem cum carne sua unâ adoratione. Resp. Patres istos tantum negasse plures naturas subsistentes diversis subsistentiis; adeoque sic divisas, ut una adoraretur & non altera; prout dixit Nestorius. Alioquin de mente Athanasii contrariâ Euticheti clarè constat ex Symbolo ejus, in quo ait de Christo: Unus autem non conversione divinitatis in carnem &c. Similiter de mente Cyrilli constat ex lib. de Incarnat. c. 12. & Epist. ad Ioannem Antiochenum, quæ lecta fuit in Concilio Chalcedonensi, per quam error Eutichetis manifestè convincitur. Ideoque lectâ hæc Epistola fuit parvipensa allegatio Hæreticorum, in quorum favorem aliquid quædam verba supradictis similia retulerat Eustachius Episcopus Veritensis; quæ tamen præcisè apud Cyrillum non reperiebantur. Immo sensum catholicum satis indicant verba objecta, dum Cyrillus ait: Unam naturam Dei Verbi adorabilem cum carne sua.

31. Arguitur ex dualitate naturarum sequi in Christo dualitatem personarum. Respondetur juxta opinionem statuentem personalitatem creatam in modo posito realis superaddito.

Dices III. Si in Christo sint duæ naturæ completæ, etiam essent duæ personæ admittendæ: cum persona nihil sit aliud, quàm substantia rationalis completa. Resp. Neg. Seq. Ad probationem plurimi probabiliter respondent, personam etiam creatam ultra naturam completam importare entitatem aliquam modalem, quæ substantia vel personalitas dicitur, & naturam incommunicabilem reddit; prout etiam cernitur in personis divinis triplex positiva personalitas. Quæ entitas cum non sit assumpta à Verbo, sed vices illius suppleverit Verbi personalitas, patet quomodo in Christo possit esse duplex natura & una persona.

Opposita sententia præfertur,

Scotus tamen 3. d. 1. q. 1. & alibi, & plures Recentiores longè verius censent personam creatam nihil esse aliud quàm naturam rationalem completam per se subsistentem, id est, non unquam de facto alteri

à quo dependeat; sive (ut Quidam loquuntur) quæ proprietates individuales habeat tamquam suas, & non alterius suppositi. Siquidem persona res sui juris est, ut loquitur Paschasius citatus in Epist. Synodica Concilii Francofurtensis; consistens scilicet per se ab aliis separata, quibus nequidem exigat uniri. Juxta quem dicendi modum personalitas superaddit naturæ rationali completæ solam negationem; quæ cum per ipsam unionem ad Verbum destruat, seu impediat, patet Verbum non assumpsisse personam, sed tantum naturam humanam; adeoque cum unitate personæ consistere pluralitatem naturarum.

Et juxta istam resp. datur.

Quare hic dicendi modus valdè congruit mysterio, & ex eo stabilitur. Hoc ipso namque quod humanitas uniter Verbo, implicat in terminis manere personalitatem creatam, supposito quod hæc sit quædam negatio communicabilitatis seu unionis alienam substantiam, cum hæc negatio formaliter tollatur per ipsam unionem ad Verbum. Quare juxta hunc modum manifestè patet, quàm rectè Concilia & Patres ex ipsa assumptione humanitatis à Verbo concludant destructam seu præpeditam fuisse personalitatem creatam; sicque tacite doceant mysterium Incarnationis non potuisse constare, seu assumptionem naturæ humanæ esse impossibilem, si hæc propriam retinisset personalitatem. Quod etiam docent communiter illi Theologi, qui personalitatem creatam statuerunt in modo posito; ut patet apud Propositum q. 4. art. 3. dub. 4. Quo tamen supposito nulla apparet esse collectio præfata; præsertim supposito, quod non repugnet eandem naturam creatam posse simul terminari à pluribus personalitatibus alienis (quod Alii passim supponunt) cur enim tunc repugnaret cum aliena retineri propriam personalitatem, potius quàm terminari duplici personalitate alienâ?

Incarnatio est unum ad congruendum mysterium incarnationis ostenditur.

Difficilius quam ab aliis patitur, declaratur.

Hæc sententia præfertur.

Nullatenus tamen huic mysterio consonat doctrina Durandi adscriptæ, desola distinctione rationis inter naturam & personam creatam: sola enim distinctio ista non sufficit ad separabilitatem realem humanæ naturæ à personalitate creatæ; quam tamen separabilitatem fides certissime adstruit in Christo. Verum quidem est dari gradum metaphysicum substantiæ cuilibet identificatum, à quo formaliter dicitur omnis illa, adeoque etiam humanitas Christi, per se subsistere, id est, non inhaerere alteri instar accidentis. Sed gradus iste non est substantia, quæ facit formaliter substantiam quatenus eâ affectam esse incommunicabilem, seu suppositum aut personam; uti fides docet.

32. Sententia solam distinctionem rationis inter naturam & personam creatam adstruit in Christo. Statuens ut congruatur mysterio incarnationis.

Quaest. V. De Natura Actionis incarnativa & Unionis hyp. II
 Q U A E S T I O V.

De Natura Actionis incarnativa,
 & Unionis hypostatica.

33. **H**Ac quaestione declarandum est, quae sit actio incarnativa, quod principium, & quis terminus: cumque terminus per illam productus sit ipsa Unio hypostatica, eadem operâ natura & excellentia illius ostendetur.

Dico I. Incarnatio est actio quâ natura humana unitur Verbo, adeoque per ipsam ponitur unio, quâ humanitas formaliter Verbo unitur. Ita Scotus d. 1. q. 1. n. 3. & 13. Suarez, Vasquez & alii plerique. Ratio est: quia per Incarnationem constituitur Christus in ratione compositi ex Verbo divino & naturâ humanâ: atqui sic constituitur formaliter per unionem utriusque; sicut alia composita quâ talia per uniones proportionatas: ergo incarnatio est actio productiva talis unionis.

Nec dici potest cum Nonnullis, per actionem incarnativam constari unam Christi personam ex duabus naturis compositam, absque eo quod aliquid etiam in natura humana producat, quo mediante ipsa unitur Verbo: cum enim intercedat hic vera actio, scilicet unio duorum extremorum, necessario intervenit terminus actus sive productus, saltem in humanitate, quâ sola est capax novæ formæ in ea producendæ. Confirmatur: quia res distinctæ non coalescunt in unum compositum, nisi mediante unione distinctâ: nam ipsæ partes possent unioni præexistere, sive absque ea existere; indistantia quoque vel quæcumque approximatio aut intima præsentia localis partium potest esse, quin uniantur, v. g. dum anima separata intimè penetrat corpus. De quo in Physica. Vide Vasquez d. 18. c. 1. Præpositum q. 2. art. 7. dub. 1.

35. Neque etiam potest dici cum quibusdam Thomistis, Incarnationem esse actionem productivam humanitatis Christi; tum quia actio incarnativa est maximè supernaturalis; productio autem humanitatis Christi est actio naturalis, ut ipse terminus productus est naturalis: tum quia per incarnationem ponitur Christus, Deus homo, per aliam autem actionem ponitur humanitas; quæ sunt termini distincti, adeoque & ipsæ actiones. Confirmatur à simili: quia productio hominis est distincta à productione animæ rationalis, sicut & hominis reproductio, ad quam nimirum corpore & animâ præsuppositis solum requiritur productio unionis animæ cum corpore: ergo similiter incarnatio est distincta à productione humanitatis; utpote unio Verbi cum humanitate. Adde corpus & animam mansisse in triduo unita Verbo, humani-

tate non existente: hujus itaque productio non est productio unionis hypostaticæ cum Verbo.

Nec obstat quod Leo Papa Episc. 11. ad Julian. Episc. Coensensem dicat: *Natura nostra non sic assumpta est, ut prius creata, post assumeretur, sed ut ipsâ assumptione crearetur.* Nam (ut patet ex contextu, & ex antithesi) solum vult humanitatem non prius tempore extitisse, sed ejus creationem fuisse simul cum ipsâ assumptione.

36. Minus quoque placet paucorum Recentiorum ea explicatio, quâ statuunt productionem humanitatis esse ipsammet Unionem hypostaticam. Tum quia unio debet effici per actionem ad se directè terminatâ; productio autem humanitatis nequit effici per ejusmodi actionem; cum ad actionem non detur distincta actio. Tum quia unio & actio non videntur posse coalescere in unicum indivisibilem modum, uti nec unio & ubi, aliive respectus disparati, habentes singuli singula fundamenta & terminos adequatos. Tum quia humanitas præsupponitur naturâ unioni sui ad Verbum, uti cetera unibilia; non præsupponitur autem productioni sui. Tum quia Unio hypostatica esset alioquin productio unionis animæ cum corpore utpote in qua formaliter consistit productio humanitatis, suppositâ scilicet (quæ in resurrectione Christi supponebatur) existentia animæ & corporis. Tum quia humanitate non existente in triduo mortis adhuc existeret Unio hypostatica corporis & animæ cum Verbo. Tum quia si humanitas tempore præextitisset assumptioni sui ad Verbum, Unio hypostatica foret utique distincta. Et quidem de facto sic præextitit materia prima; cujus proinde productio non est Unio hypostatica: & consequenter nec productio animæ aut humanitatis.

37. Dices: Non aliter potest ostendi absoluta omnino impeccabilitas humanitatis Verbo unitæ, peccato saltem unionis destructivo. Quæ tamen in præmissa explicatione satis ostenditur: destruendo enim unionem destrueret humanitas se ipsam, cujus supponeretur esse productio: quare cum in instanti peccati non possit manere unio, non posset quoque manere producta per illam humanitas; quæ tamen esse debet, dum peccat. Resp. in primis juxta doctrinam Scotistarum impeccabilitatem humanitatis Verbo unitæ solum esse de potentia ordinaria. Deinde cum planum sit non esse saltem necesse, ut producat humanitas per ipsam Unionem hypostaticam, adhuc non ostenderetur Christum simpliciter aut humanitatem Verbo unitam esse absolute impeccabilem, casu quo scilicet distinctè produceretur & distinctè uniretur. Et sanè non apparet credibile Auctoritates Christi impeccabilitatem adstruentes ad hanc speculationem velut

Incarinatio est unio seu actio productiva unionis Verbi cum humanitate.

34. Actio incarnativa nequit concipi sine novo sermone actio, qui est unio.

Hæc, necessario mediat etiam inter alia componibilia.

35. Incarnatio nequit statui actio productiva humanitatis Christi.

36. Productio humanitatis nequit statui esse ipsa unio hypostatica.

37. Nequo est identitas unionis cum productione humanitatis descendenda Christi impeccabilitati necessaria.

velut omnimodæ impeccabilitatis fundamentum respexisse; sed potius ad excellentiam humanitatis suppositâ unione: quæ qualem impeccabilitatem inferat, infra dicitur. Dato autem, quod hæc admitti debeat omnimoda & absoluta vi Unionis hypostaticæ, sufficeret illam prius naturâ supponi sive inesse humanitati, quàm hæc quidquam operetur: sic enim humanitas nullo instanti temporis posset unionem, utpote singulis instantibus priorem naturâ quàm sit operatio, peccando amittere. Et verè Unio hypostatica prius naturâ inest, quàm humanitas connaturaliter agat; cum prius quàm operetur sit complenda per supposititalitatem. Ob quod etiam actiones sunt suppositorum.

38. *Causa effectiva unionis hypostaticæ est tota Trinitas,*

Esti appropriatur Spiritui sancto.

39. *Nulla creatura incarnationem effectivè attingit,*

Etiam in nutritione vel accretione;

40. *Immo nec attingere potuit.*

41.

Dico II. Principium Incarnationis seu causa effectiva Unionis hypostaticæ est Deus sive SS. Trinitas; adeo ut nulla creatura eam immediatè attingerit aut attingere potuerit. Prima pars est de fide ex *cap. Firmiter, de summa Trinit. & aliis Conciliis*. Ratio est, quod opera SS. Trinitatis ad extrâ sint indivisa, & quod omne creatum præsertim supernaturale dependeat à Deo in fieri & conservari. Unde dum Christus in Symbolo dicitur *conceptus de Spiritu sancto*, non excluditur operatio Patris, ipsiusque Verbi divini, sed sola operatio viri à purissima Christi conceptione; quæ tamen, uti bonitas, Spiritui sancto specialiter appropriatur.

Secunda pars est etiam satis certa ex Scriptura, Conciliis & Patribus tribuentibus hoc opus virtuti divinæ, ut *Luca 1. Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.*

Dices In nutritione & accretione Christi partes accrescentes uniebantur Verbo: sed hoc faciebat anima Christi; ergo. Resp. Neg. Min. non enim plus fecit anima Christi in nutritione, quàm faciant animæ ceterorum hominum: partes autem accrescentes Deus uniebat Verbo, non quidem per novum miraculum, sed per continuationem quasi prioris miraculi, quo primò facta est Incarnatio.

Tertia pars intellecta de causatione principali est communis: quia Unio hypostatica est ens maximè supernaturale; quod proinde non magis, sed è contrâ multò minùs quàm gratia sanctificans pendere potest à creatura tamquam causâ principali. Loquendo autem de causalitate instrumentali censet *Suarez B. Virginem per potentiam obedientialem absolute loquendo potuisse causare (etsi de facto non causavit) Incarnationem tamquam instrumentum Dei*. Sed hæc sententia corrigitur negatâ potentiâ obedientiali cujuslibet ad quodlibet. De qua in Physica.

Dico III. Terminus totalis sive adæ-

quatus Incarnationis est Christus, Deus homo, sive Verbum subsistens in humanitate, aut potius humanitas subsistens personalitate filii Dei: terminus formalis est ipsa Unio hypostatica, & quodam sensu humanitas Christi. Prima pars est de fide ex *V. Synodo Collat. 8. can. 4.* ubi dicitur Incarnationem terminatam esse ad unitatem Verbi divini secundum compositionem ad carnem animatam animâ rationali. Idem patet ex *Toletano VI. & XI.* aliisque Conciliis. Ratio est: quia terminus adæquatus unionis duorum extremorum est ille, qui ex tali unionione resultat; prout ex hac unionione resultat Christus. Unde etiam terminus adæquatus generationis aut regenerationis humanæ statuitur totus homo, etsi præcisâ illius ratio tantum consistat in unionione animæ cum corpore.

Secunda pars probatur: quia actionis productivæ, quæ talis, terminus formalis est id quod per eam immediatè producitur; per actionem autem incarnativam sic producitur sola Unio hypostatica.

Tertia pars probatur: quia etsi humanitas Christi non producat per Incarnationem, sed tantum univari personalitati Verbi, satis tamen attingitur ut dici possit terminus formalis; sicut generationis terminus formalis dicitur forma substantialis, quæ tamen potest generationi præexistere, & solum per illam uniri materiæ. Potius autem humanitas dicitur terminus formalis, quia ipsa est quæ dependet à personalitate Verbi, & hæc illam quasi sustentat sibi que inexistere facit; formæ autem convenit ab altero dependere, eique inexistere. Alioquin aliâ consideratione personalitas Verbi non incongruè dici posset terminus formalis: ipsa enim supplet officium personalitatis propriæ; adeoque sicut personalitas propria se habet respectu naturæ velut forma, sic potest censerî de divina personalitate respectu humanitatis.

Adverte, quod licet unio, incarnatio, assumptio significent principaliter eandem actionem, differant tamen penes connotata. Unio enim præcisè significat conjunctionem duorum extremorum: ideoque tam natura humana dicitur unita, quàm Verbum. Incarnatio connotat rem cui fit unio, scilicet carnem seu humanitatem; ideoque non humanitas, sed Verbum rectè dicitur incarnatum sive humanatum. Assumptio connotat id, quod assumit esse, & principium assumptionis effectivum, & ipsius rei assumptæ terminum: nam assumere est aliud ad se sumere, tamquam ad terminum, ad quem aliud trahitur; ideoque Verbum dicitur assumpsisse humanitatem, non autem Pater vel Spiritus sanctus; humanitas verò dicitur à Verbo assumpta.

Dico IV. Unio hypostatica, sic dicta quia respicit hypostasim sive personalitatem,

Termin...
car...
est...
D...
n...
er...
em...
No...
dis...
ciat...
De...
to...
Et...
Ter...
form...
uni...
statu...
4...
Et...
Gra...
sensu...
hum...
Christi...
qui...
qui...
m...
div...
sancti...
formal...
Eff...
quor...
41. Praecl...
Unio...
carn...
assump...
differ...
penes...
notat...
4...
Obje...
difficil...
Respon...

tem, & per illam exurgit persona, proxime consistit inter naturam humanam & personalitatem Verbi, & hac mediante ipsam divinam naturam: Ita communiter Theologi. Et patet ex Synodo VI. act. 4. ubi refertur & approbatur sententia Dionysii lib. de div. nom. cap. 2. post med. Illis (quae ad Incarnationem pertinent) nulla ratione communicant Pater & Spiritus sanctus, nisi tantum benignissimam voluntatem. Quod falsum esset, si natura divina (quae est communis tribus personis) esset immediate unita humanitati. Et in Concilio Toletano VI. & XI. in Confess. fidei dicitur: Solus Filius suscepit humanitatem in singularitate personae, non in unitate divinae naturae, id est, in eo quod proprium est Filio, non in eo quod commune est Trinitati. Ratio est: quia si unio immediate afficeret naturam divinam, non potius Verbum esset incarnatum, quam Pater & Spiritus sanctus, seu tota Trinitas. Deinde sic non exurgeret una persona per Incarnationem.

Gravissimam tamen difficultatem immo, ut apparet, inexplicabilem hic patiuntur, qui solum distinctionem rationis admittunt inter naturam divinam & personalitatem Verbi; inde enim sequitur haec ante operam mentis tam esse idem, quam Verbum & Filius; sic ut igitur ob hanc omnimodam identitatem implicat unionem realem terminati formaliter & immediate ad Verbum, quin similiter terminetur ad Filium; sic omnino videtur implicare, ut fiat & immediate terminetur ad personalitatem Verbi, quin similiter terminetur ad ipsam naturam divinam; ne alioquin de omnino eodem a parte rei & ante opus mentis vera sit affirmatio & negatio. Unde ulterius sequeretur inconveniens illud, quod tota Trinitas sit incarnata: cum, quod competit formaliter & immediate Deitati, competat omnibus personis, easque denominat.

Nec dici potest, Verbum uniri formaliter, & non naturam, formalitate se tenente ex parte solum unionis: non enim potest in reali unione status formalitas aut realis respicientia certi termini cum exclusione alterius, quando is est omnino idem, immo a parte rei tam idem, quam Verbum & Verbum; ut ex praemissis aperte conficitur.

Dices: Supposito quod natura divina sit realiter eadem cum tribus Personis inter se distinctis, sequitur, quod independentem a distinctione formali tam possit Verbum & ratione illius natura divina realiter uniri humanitati, & Patet realiter non uniri, quam possit Verbum & natura divina esse realiter Verbum, & Pater non esse realiter Verbum: adeoque distinctio formalis videtur superflua. Resp. suppositum hoc admitti non posse, nisi supposita, quae involvitur, distinctione formali, sine qua mysterium Trinitatis & Incarnationis non subsistit. Hac enim exclusio uniretur natura

divina humanitati immediate & formaliter; adeoque Pater uniretur saltem realiter: immo si nec inter Patrem & Deitatem poneretur similis distinctio, etiam Pater uniretur aequè immediate & formaliter: ne de omnino isdem verificentur ante mentis operam contradictoria. Similiter si ante mentis operam inter naturam & personalitates non sit distinctio, sequitur, quod absolutum & non absolutum, communicabile & incommunicabile &c. incident in tam idem, quam sit homo & humanitas; adeoque tam paternitas, quam natura erit communicabilis Filio.

Instabis In praesenti mysterio seclusa distinctione formali verum esse poterit, quod natura divina uniat & non Pater, quia natura unitur quae Verbum, & quae Pater non; eatenus autem fit respectus ad duo realiter distincta. Resp. ly quae ibi reduplicatae ipsas personalitates, ut proinde naturam sic uniri, & non Patrem, nil aliud sit, quam uniri personalitatem Verbi, non Patris. Unde tunc non stat affirmatio & negatio inter naturam & Patrem, sed inter Verbum & Patrem seu Personalitatem Verbi & personalitatem Patris: cum tamen natura praecisa contra personalitatem Verbi non uniat formaliter, personalitas autem Verbi sic uniat: eademque natura praecisa contra paternitatem uniat realiter humanitati, paternitas non, idque ante mentis operam. Ex quo patet sine distinctione formali non subsistere ea quae juxta fidem seu fidelem sermonem in hoc mysterio affirmanda vel neganda sunt.

Dico V. Unio hypostatica est purus modus de genere relationum extrinsecus advenientium; quae nimirum non necessario resultant ad positionem fundamenti & termini, sed poni debent per specialem actionem ad se terminatam: Ita Scotus d. 1. q. 1. n. 15. ejusque Discipuli contra alios passim censentes ipsam esse modum substantialem absolutum. Sed Conclusio patet ex iis, quae in simili traduntur in Philosophia de unione compositi phylaci, & de sex postremis praedicamentis. Modus certe noster concipiendi, & quidem necessarius (qui gratis dicitur hic non esse proprius) persuadet se quid respectivum. Alii autem statuentes modum absolutum, qui simul dicat respectum transcendentalem, frustra modos multiplicant, cum solus respectus sufficiat.

An autem iste respectus sit verum accidens, an autem substantia saltem reductiva non ita constat. Videtur enim dici posse, quod sit quid substantiale; eo quod et si necessario instar puri modi insit subjecto, non tamen per propriè dictam inhaerentiam: cum constituat cum fundamento & termino saltem ut id quo unum substantiale per se; adeoque videatur fundamentum illius non esse propriè subjectum in-

Termin...
No si imma...
Et quae...
Effugium...
41. Praeclauditur...
45. Obiectio...
Responsio...
43.

46. Vltior instantia.
Solutio.
47. Unio hypostatica est purus modus extrinsecus advenientem.
48. Quae an dicantur sic accidens, an reductiva substantiae, discutitur.

hætionis. Qui verò mallet appellare accidens (quod videntur *Scotista* passim facere) dicere posset ipsum verè inherere subjecto, ex quo utique & unione tamquam partibus non exurgeret unum per se. Unde nec in constitutione totius, quod exurgit ex ipsis quæ uniantur, includitur unio tamquam constituens vel componens, sed ut id quo tamquam compositio. Quare quæstionis hujus resolutio videtur arbitraria.

49.
Opinio statuens unionem hypostaticam in qualitate errat in Philosophia.

Quod attinet Opinionem *Gabrieli* adscriptam, quòd scilicet unio sit qualitas, solum habet inconueniens in Philosophia, quæ statuit rationem qualitatis in forma absoluta substantiæ datâ ad illam ornandam & perficiendam, adeoque ipsamet indigens unione speciali, quæ ipsam substantiæ necat. Quòd si tamen qualitas posset esse formaliter nexus seu unio, nullum inconueniens foret, in qualitate quoque statuere Unionem hypostaticam, extra periculum aut apparentiam Nestorianismi. Nam *Nestorius* negabat nexum substantialem, ex quo unitas personæ exurgeret, non sollicitus de conditione ipsius nexûs, an scilicet sit substantia, qualitas, vel relatio, sed de modo quo necat, an scilicet extrema necat in unitatem personæ substantialis, an non.

50.
Unio hypostatica est quodam sensu maxima,

Dico VI. Unio hypostatica quodam sensu est maxima, quodam non. Prima pars est communis Doctõrum, & *Bernard. l. 5. de Consid. c. 8.* Probat: quia in primis est maxima ex parte extremorum; quorum unum est infinitum, alterum substantia in se perfecta, & per ipsam unionem assumptum in unitatem divinæ personæ. Deinde quia est arctissima, nullâ vi naturali aut actione, ne quidem dum solvitur unio corporis & animæ (ut pavit in triduo mortis) dissolvenda. Tertio est maxima, quia ob inproportionem & distantiam extremorum potest difficilius poni & intelligi, quàm ceteræ. Denique est maxima in ratione doni, in qua excedit etiam visionem beatificam, ut contra *Durandum* tradit *Scotus l. d. 49. q. 2. n. 10.* & alii communiter: quia est utrobique donum in se sit maximum; modus tamen communicandi (unde plurimum crescit perfectio doni) in Incarnatione est substantialis, & adeò intimus, ut creatura eleuetur ad esse personale divinum, vocetur Deus, & adoretur patriâ; in visione autem beatifica Deus tantum communicatur objectivè & accidentaliter mediante actu vitali. In Eucharistia Christus communicatur tantum secundum præsentialitatem, & effectus accidentales, seu gratias sacramentales.

Maximè gratuitis, non respectu Christi, sed respectu humanitatis.

Ubi notandum Unionem hypostaticam esse donum maximè gratuitum respectu humanitatis Christi, sui nullatenus erat debita: non tamen respectu ipsius compositi, scilicet Christi, qui ex intus sua constitutione unionem illam exigebat: sicut

compositum physicum exigit unionem suarum compartium.

Secunda pars Conclusionis probatur: quia unio materiæ & formæ superat Unionem hypostaticam, quatenus est inter res minus distantes, magisque proportionatas; & quatenus ex ea resultat compositum magis propriè dictum. Ac denique quatenus non tantum una persona (uti ex Unione hypostatica) sed etiam una natura singularis ex ipsa exurgit.

QUÆSTIO VI.

Quenam in particulari Verbum assumpsit, & quo ordine?

Dico I. Certum est Verbum assumpsisse veram humanitatem, adeoque verum corpus & veram animam rationalem invicem unita: alioquin enim Deus factus non esset verus homo; quod tamen fides docet. Equidem non sic dependet assumptio animæ & corporis ab eorumdem mutua unione, ut hæc cessante desinant manere assumpta; quandoquidem juxta fidem anima & corpus Christi fuerint Verbo unita, etiam in triduo mortis; in quo tamen non manserunt unita inter se.

Dico II. Verbum assumpsit corpus integrum. Est certum: quia (ut fides docet) assumpsit naturam quam in Adam plantaverat; adeoque integram quoad omnes partes, siquæ ista fuit. Deinde in tanto opere incongrua fuisset opposita imperfectio & defectus.

Ex quo patet Verbum assumpsisse omnes partes substantialiter integrantes corpus humanum, ut sunt caro, ossa, oculi &c. quia hæc omnes pertinent ad veritatem corporis humani, quod Verbum assumpsit. Idemque dicendum est de dentibus: quia omnino videntur informari animâ rationali. Idem etiam foret de sanguine aliisque humoribus, si (quod Plures docent) sint informati animâ rationali. Verum etiam ab hoc abstrahendo.

Dico III. Sanguis Christi fuit proximè & immediate unitus Verbo Dei. Ita communiter Doctores, ex quibus Varii oppositam Sententiam (quam post *Durandum*, *Gabrielem* & alios quosdam docet noster *Poncius d. 37. q. 5.*) notant erroris, aut saltem temeritatis. Sed immeritò: cum nullâ sit auctoritas, quæ (ut patebit) non patiatur commodam explationem. Quàmvis unanimis Doctõrum consensus non leve præbeat Conclusioni fundamentum: quæ idcirco, & quia magis consona dulcedm pietatis ac devotionis, præfertur; accedente eo, quòd nil in oppositum militet, & nonnulla si non convincant, certè suadeant communem doctrinam.

Proba-

Qu. VI. Quanam in particulari assumpserit Verbum &c. 15

55. *55. Suadet ex Scriptura*
 Probatur I. Quia Scriptura docet pretiosum sanguinem Agni immaculati, qui pro nobis effusus est, esse pretium nostræ redemptionis. *Matth. 26. ad Heb. 9. 1. Petri 1. 1. Ioan. 1.* idque non solum quatenus suberat conditioni personæ offerentis (prout etiam oblatio salivæ & sudoris Christi erat infiniti valoris) sed insuper quatenus erat res oblata: quod verum non esset, si non fuerit unitus immediatè Verbo. Hæc tamen probatio non videtur convincere, ut etiam advertit *Lugo & alii*: solum enim ex ea inferitur, personam quæ sanguinem fudit esse divinam: neque enim sanguis redemit nos, quia ipse Verbo unitus, sed quia à Persona Verbi effusus; quæ non res oblata, sed ipse offerens conciliarit satisfactioni infinitum valorem. Ideoque oblatio pueri Jesu in templo facta per Virginem matrem non habuit infinitum valorem, etsi foret rei infinitæ. E contra sudore & lacrymis pro nobis effusis Christus nobis meruit merito æqualis, seu infiniti (ut ita dicam) valoris. Quamvis pretium sanguinis præcipuè inculcetur, tum quia in ejus effusione seu passione debebat Christi meritum & nostra redemptio consummari: tum quia in eo optimè relucet Christi amor & satisfactio, uti & pœnalitas.

56. *56. Domnulla alia testimonia esse exira rem ostenditur.*
 Solent etiam allegari testimonia Scripturæ, Conciliorum, & Patrum asserentium, quòd Verbum assumpserit carnem & sanguinem. Sed nihil aliud volunt, quàm ipsam assumptione veram humanitatem nostræ similem. Nam caro & sanguis periphrasis est hominis pertinetque interdum ad naturam humanam miseris obnoxiam, et rectè noster *Sasbouth* in illud ad *Heb. 2. Quia ergo pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem.* Quorum verborum sensus est: quia pueri, scilicet electi aut redimendi, erant homines, & quidem miseri multisque malis obnoxii, voluit ipse quoque esse similis homo. Quare etiam dicitur Filius Dei assumpsisse nostras miseras; quæ tamen non sunt unitæ hypostaticè divinitati. Quòd autem in *VI. Synodo act. 16.* damnatur quidam *Constantinus* hæreticus asserens in cruce carnem & sanguinem fuisse dimissa; id erat, quia volebat Verbum in cruce simul cum carne & sanguine dimisisse pro semp. naturam humanam: cum tamen juxta fidem in resurrectione carnem & sanguinem redivivus resumpserit. Et quamquam vis fieret in voce sanguis, rectè diceretur assumi vel dimitti citra unionem immediatam ad Verbum.

57. *57. Suadet ex secundò ex Extrav. Vnigenitus & remiss. Vnigenitus, de pronit. & remiss.*
 Probatur Conclusio II. ex *Clemente VI. Extrav. Vnigenitus, De pœnitentiis & remiss.* ubi de sanguine Christi pro nobis effuso ait, quòd gutta sanguinis modica propter unigenem ad Verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset. Ubi simpliciter dicitur sanguinem habuisse unionem ad

Verbum; quod simpliciter positum sonat unionem immediatam. Deinde hæc unio dicitur esse ratio tanti valoris sanguinis. Nihil ominus etiam hinc nil certi concluditur, non solum quia hæc omnia sunt tantum, oditer à Pontifice dicta in præfata Bulla reductionis Jubilei ad annum quinquagesimum, sed etiam, quia verba possunt applicari hoc vel simili modo, quòd scilicet modica gutta sanguinis suffecisset propter unionem illum effluentis, videlicet humanitatis, cum divinitate. Sicque datur proxima & clara ratio à Pontifice intentæ: cum alioquin gutta modica non suffecisset propter unionem ipsius guttæ ad Verbum, sed propter unionem, quæ erat in humanitate tamquam extremo unionis, in Christo verò tamquam quid inclusum.

Confirmari passim solet Conclusio ex eo, quòd ipse *Clemens VI.* (prout refertur in *Directorio Inquisitionum parte 2. q. 10.* ut testantur *Vasquez & Suarez*) mandaverit retractari quendam sententiam ut hæreticam cujusdam Doctoris, scilicet *F. Francisci Bajuli Guardiani Barcinonensis*, qui Barcinonæ publicè prædicaverat, in triduo mortis non fuisse sanguinem Christi Verbo unitum. Quam censuram à *Pio II.* confirmatam refert *Sylvester* Ordinis Prædicatorum. Et hinc irrepit intolerabilis error in scriptis multorum Theologorum huic relationi fidentium, & maxime Conclusionem inde roborantium.

Sed hujus rei falsitas accuratè & evidenter ostenditur à *VVaddingo* in *Annalibus Minorum ad Annum 1351. & ad Annum 1462 ac duos sequentes*, quibus controversia sub *Clemente VI.* inchoata revixit inter *B. Iacobum à Marchia* Ordinis Minorum, verè alterum *Thaumaturgum*, & *F. Iacobum Brixiam* Inquirentem Ordinis Prædicatorum, & partes hujus propugnante *Dominico de Dominicis*, illius verò *Francisco de Ravere* Ordinis Minorum Generali, tunc Cardinali *S. Petri*, postea *Xisto IV.* quæstioque duravit, donec *Pius II. Constit.* quæ incipit *Ineffabilis summi*, datâ *Cal. Augusti* anno 1464. declaravit neutram opinionem esse hæreticam, & strictissime latâ excommunicatione cavet, ne quis utrimlibet aliter sentientes damnet mortalis peccati aut hæresis: quoadusque quid tenendum sit in hac dubietate Sedes Apostolica defuerit. Videri debent literæ ejusdem *Pii II.* ad *B. Iacobum à Marchia*, quas refert *VVaddingus* ad Annum 1351. n. 16. Vide etiam *Nitellam Franciscanæ Religionis* editam contra *Bzovium* Dominicanum à folio 443. Hæc igitur confirmatione omisâ

Probatur III. ex *Trid. sess. 13. c. 3.* ubi sanguinem simpliciter statuit inter partes Christi Domini seu humanitatis: Verbum autem assumpsit immediatè omnes partes humanitatis. Quare *Lugo disp. 14. sect. 8. cen-*

Sed non convincitur.

58. *58. Confirmatur à multis ex censura Clementis VI. confirmata à Pio II. de unione sanguinis cum Verbo in triduo mortis.*

Sed manifestum est, censuram esse ac duos sequentes, quibus controversia sub Clemente VI. inchoata revixit.

59. *59. Probatur tertio ex Tridentino.*



Sed ineffica
eiset.

set oppositam Opinionem ex hoc capite non evadere censuram seu notam Sed immerito: posset enim dici, quod sanguis statuat inter partes Christi Domini late dicitur. Est enim pars quodammodo integrans & conservans, sive animetur, sive non; prout etiam ante Tridentinum Philosophi & Theologi supposuerunt; sicut & capilli censentur pars hominis ornans. Non exprimit tamen Tridentinum sanguinem uniri divinitati. Explicans enim ibidem, cur ipsa divinitas ponatur concomitanter sub utraque specie, dicit id fieri propter admirabilem illam eius cum corpore & anima hypostaticam Unionem. Adeoque etiam sub speciebus vini ponitur divinitas propter illius unionem cum corpore & anima. Ubi tamen sub corpore non comprehenditur sanguinem, inde patet, quod Tridentinum præniserit, sanguinem poni sub speciebus panis, non vi verborum (prout utique poneretur, si esset pars corporis, de quo ibi sermo) sed per concomitantiam. Mirum autem foret, Tridentinum, si intendisset communem ibi stabilire doctrinam, non potius dixisse, divinitatem sub specie vini adesse propter eius cum sanguine hypostaticam unionem.

60. Probatur quare ex principiis fidei circa efficaciam & cultum Eucharistia.

Verum non efficiatur.

Probatur Conclusio IV. tum quia Ioan. 6. tam potui quam cibo æqualiter tribuitur vivificatio, adeoque etiam potui secundum se juncta est divinitas tum quia in triduo mortis Christi, quando sanguis erat effusus, & à corpore ac animâ separatus, debuisset Eucharistia adorari non minus sub speciebus vini, quam panis, adeoque sanguini tunc erat unita divinitas. Sed ad hæc facile responderi posset. Ad primum quidem, sufficere, quod adsit divinitas per concomitantiam, etsi magis mediatam. Ad secundum verò, non constare in primis, an in triduo fieri potuisset consecratio. Et hoc supposito, aut certe eo, quod sanguis aliquis in ultima Cœna consecratus fuisset reservatus, adhuc non constat totam omnino sanguinem fuisse effusum, etiam qui extra vas nas erat. Quo dato fuisset per concomitantiam sub speciebus vini etiam ipsum corpus, cui nimirum pars sanguinis erat unita, adeoque per concomitantiam fuisset divinitas unita corpori. Dato autem quod nil penitus sanguinis in corpore remansisset, facile admitterent Auctores oppositæ sententiæ species vini in tali casu metaphysico non fuisse adorandas latriâ. Hæc paulò fufius proponere libuit, non animo communem Sententiam impugnandi, sed eius quænta sit firmitas ostendendi. Quocirca oppositam Opinionem à Censura liberat etiam Arriaga disp. 22. sect. 2. per totam.

61.

Contra Communem Doctrinam objici solet, naturam sanguinis esse completam, adeoque si sit unita Verbo, sequi plures naturas à Verbo fuisse assumptas. Sed facile respondetur, sanguinis naturam non esse

absolutè completam, sed tali naturæ humanæ subordinatam. Quare dicendum est, Verbum assumpsisse non duas, sed unam naturam cum necessariis suis partibus. Ex quo etiam fit, quod juxta Communem locutionem (est enim quæstio de nomine) Verbum non dicatur sanguis, uti nec dicitur anima vel corpus: eò quod communicatio idiomatum fundetur in utraque natura integra connotante idem suppositum vel personam, juxta communem intelligendæ seu loquendi usum.

Restat autem in primis difficultas, an sanguis in passione effusus manserit in triduo Deitati unitus: nam etiam supposito quòd antea unitus fuerit, dubitari posset, an unitus manserit; utpote & sparatus in diversis locis, immixtus diversis materiis, nec ex toto resumendus, quique per effusionem desinebat esse pars, cum tamen ad summum secundario & quatenus erat pars Christi, fuerit Verbo unitus. Unde ita senserunt noster B. Jacobus à Marchia & plurimi alij Viri Doctissimi. Neque etiamnum desunt, qui putant illam solum partem effusi in passione sanguinis retinuisse in triduo unionem ad Verbum, quæ erat in resurrectione resumenda.

Rectius tamen sine distinctione dici videtur, sanguinem in triduo mansisse unitum: nam unionem præfuisse supponitur; de cessatione autem seu destructione unionis non constat. Per effusionem enim aut dispersionem non desinebat sanguis esse pars Christi in actu primo, aliquis inchoatè erat rursus futurus pars in actu secundo, qui scilicet post instantem resurrectionem erat resumendus; secus quam partes quotidie assumptæ, vel præputium, quæ nullà ex parte resumenda relinquebantur. Sanguis igitur mox resumendus non erat unionem ad Verbum privandus. Cumque adhuc non foret facta separatio hujus à reliquo sanguine homogenio, sed demum in resurrectione, expediebat tantisper unionem servari in quolibet, quæ utique totus citra differentiam fuisset in pari veneratione à fidelibus habitus, quæque totus fuisset sub speciebus vini consecratis, si quæ fuissent servatæ post cœnam Dominicam. Quæstio denique, quæ erat tempore Clementis VI. & Pii II. verisabat in indefinitè circa sanguinem in passione effusum, utraq; parte supponente, quòd vel omnis vel nullus manserit in triduo unitus.

Secundò est difficultas de Sanguine Christi pro nobis effuso, qui ex parte remansit in terris; ut constat ex variis Historiis & authenticis documentis; quibus nil solidi potest opponi. Ideoque Pius II. in Bulla ad Abbatem Xantonensem declarat hoc non repugnare veritati fidei; quiddid referatur Turresemata & illi male oppositum esse de fide. Itaque hoc suppo-

Idem non
adverfan-
tia, in quo
non manse-
rit unio ad
Verbum,

Videtur nec in
partibus
quotidianis
in Christo
viatore na-
turaliter
assumptis.

Non est faci-
endum in
Præsenti
quæstione di-
stinctio inter
sanguinem nu-
trimentalem
& non nu-
trimentalem.

65. Quod de
sanguine,
idem de pi-
tuita, atra
& flava bilis
est sentien-
dum.

Item de
Spiribus
vitalibus &
animalibus.

Quid cen-
sendum sit
de rore &
cambio.

supposito, dicendum omnino, est istam
sanguinem non esse amplius divinitati uni-
tum, ut prædictum est. Quod tamen re-
pugnare videtur communi axiomati, quod
solet tribui *Qamasceno*: *Quidam Verbum se-
mel assumpsit, numquam dimisit.* Respondetur
equidem axioma hoc intelligendum de
partibus primariis seu principalibus. Aliàs
enim constat Verbum dimisisse partes semel
assumptas, quæ quotidianâ pugna calidi na-
turalis & humidi radicalis in Christo ad-
huc in terris agente obsumebantur. Simile
quid est de Christi præputio in circumci-
sione ablato, quod adhuc dicitur in terra
reservari.

Cajetanus verò duplicem distinguit san-
guinem, unum qui primò fit ex cibo & po-
tu, nondumque est perfectè decoctus,
quem nutrimentalem vocat: alium perfe-
ctè decoctum, quem non nutrimentalem
appellat: existimatque sanguinem poste-
rioris generis esse de veritate naturæ, &
à Verbo fuisse assumptum, alium verò non,
& hunc solam in terris remansisse. Verùm
hæc distinctio contra communem sensum
est excogitata sine fundamento. Et certè si
quid probet aliquem sanguinem fuisse as-
sumptum, probat generaliter de omni san-
guine, qui in corpore humano est conti-
nuus & homogenius seu absque substan-
tiali differentia, ut tam Philosophi quam
Medici asserunt. Et specialiter omnis
sanguis pro nobis effusus computatur in
pæctio nostræ redemptionis: & inter pro-
fluentem sanguinis, quòd Christus noscitur
effudisse, cujusque modica gutta sufficif-
set (ut loquitur *Clemens VI.*) non exigua pars
erat sanguis ille nutrimentalis: ac insuper
omnis ille computatur inter partes huma-
nitatis, & ponitur per Consecrationem
sub speciebus vini vi verborum: eundem
denique Fideles exhibent honorem utri-
libet sanguini sine discrimine.

Dico IV. Reliqui tres humores, scilicet
pituita, atra & flava bilis, probabilius et-
iam fuerunt immediatè assumpti: quia est
subinde à *Philosopho* vocentur excrementa,
eò quòd per se non ordinentur ad nutri-
tionem, uti sanguis: spectant tamen ad in-
tegritatem corporis humani, & requiruntur
ad convenientem ejus statum, ideoque
erunt etiam in corporibus gloriosis. Idem
verosimilius est de spiritibus vitalibus &
animalibus: quia etiam sunt necessarij ad
vitam & operationem animalis: quamquam
citiùs evanescent, quam alius sanguis, aut
reliqui humores.

De rore & cambio negat *Suarez* & alii,
qui putant ista generari ex cibo priùs
quam sanguinem. Sed tamen ex sanguine
generari, ut fiant partes substantiales viven-
tis, indubitatum putat *Vasquez* ex Philoso-
phis & Medicis; juxta quod consequen-
ter forent assumpta: secus est de chylo, qui

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

ante sanguinem generatur; item de saliva,
sudore & lacrymis: quia tantum sunt ex-
crementa, nec erunt in corporibus glorio-
sis. Idem apud omnes indubitatum est de
accidentibus.

Quod ad unguis attinet probabilius
sunt assumpti: quia verosimilius informan-
tur animâ: atque est quòd non, saltem sunt
partes servientes ad ornatum & integra-
tem corporis: qui proinde erunt etiam in
corporibus gloriosis, in quibus similiter
certò erunt capilli, qui pariter sunt partes
ornantes, & alias conservantes, non secus
ac folia respectu arboris: adeoque proba-
biliter juxta Nonnullos sunt assumpti.

Dico V. Humanitas Christi fuit as-
sumpta primo instanti quo extitit. Est de
fide ex *Concilio Ephesino cap. 13.* cui inserta est
ea pars Epistolæ *S. Cyrilli ad Nestorium*, in
qua dicitur: *Neque enim primum natus est ho-
mo communis de sancta Virgine; & tunc demum
inhabitavit in eo Verbum, sed in ipsa vulva utero-
que virginali se cum carne conjunxit, & suscitavit
generationem carnalem, carnis suæ naturam
suam faciens.* Et clarissimè ex *VI. Synodo act.*

11. aliisque tam generalibus quam parti-
cularibus Conciliis. Ad præsens propo-
situm etiam explicat *Cyrillus*, & *Varii*, id
quod de Deo Patre dicitur ad *Hebr. 2.* *Cum
iterum introducit (ipso scilicet instanti con-
ceptionis) primogenitum in orbem terra, dicit:
Et adorent eum omnes Angeli Dei. Igitur ex tunc
erat Deus. Patres sunt obvii. Sufficiant
verba Augustini l. contra Serm. Arian. cap. 3.
Unus Christus est, & Dei Filius semper natura,
& hominis filius, qui ex tempore assumptus est gratia:
nec sic assumptus est, ut prius creatus post assume-
retur, sed ut ipsa assumptione crearetur.* Deinde
non erat ratio differendi Unionem hypo-
staticam, aliquando conferendam. Deni-
que id necessarium fuit, ut B. Virgo pos-
set esse & dici Deipara: nam alioquin (ut
rectè *Scorus d. 2. q. 3. n. 3.*) non genuisset Dei
filium; sed personam purè humanam.
Nec refert, quòd habens filium postea
Pontificem verè dicatur mater Pontificis,
etsi filius non fuerit Pontifex in principio
conceptionis. Nam equidem est genitrix
ejusdem personæ quæ est Pontifex. At B.
Virgo non foret mater istius personæ quæ
est Deus, sed alterius personæ, scilicet hu-
manæ; quamvis genuisset humanitatem
postea uniendam in unitate alterius perso-
næ, scilicet divinæ.


Dico VI. Anima & caro sunt simul tem-
pore assumpta, tum inter se, tum cum hu-
manitate Christi. Patet ex *VI. Synodo act. 11.*
ubi dicitur: *Simul caro, simul Dei Verbi caro,
simul caro animata rationalis, simul Dei Verbi caro
animata rationalis.* Ratio est: quia etsi priùs
naturâ extiterint, quam assumerentur,
sicut omne subjectum priùs naturâ est,
quàm recipiat accidens, non tamen
priùs tempore: quia eodem instanti
quo

Item de
unguibus &
capillis.

66. Humanitas
Christi fuit
assumpta
primo in-
stanti sua
existentia.

Quòd ne-
cessarium
erat, ut B.
Virgo esset ac
diceretur
Deipara.

67. Anima &
caro simul
inter se &
cum huma-
nitate sunt
assumpta.



quo corpus est perfecte organizatum, creatur & infunditur anima, & exurgit humanitas: ergo idem est primum instans existentia omnium, adeoque assumptionis.

Dixi perfecte organizatum: nam mutationes & alterationes praeviae, ut deductio materiae, purissimi scilicet sanguinis seu seminis Mariani ad locum generationis destinatum, figuratio, condensatio &c. potuerunt fieri in tempore praecedenti instans perfectae organizationis in quo introducta fuit forma corporeitatis, & simul infusa anima, & consequenter perfecta fuit conceptio Christi. Quamvis juxta communem Doctrinam haec conceptio fuerit de facto instantanea, etiam quoad priores mutationes (saltem primam exceptam) Deo confortante virtutem naturalem B. Virginis auxilio fortiori ad cooperandum, & conferendum quod ceterae matres conferunt, salva virginitate. Cui consonant Damascenus l. 3. de fide c. 2. dicens Dei filium per Spiritum sanctum sibi ipsi corpus condidisse, non ita ut paulatim tacitisque incrementis figura corporis absolveretur, sed uno eodemque momento perficeretur. Quo pacto patet conceptionem Christi fuisse miraculosam quoad modum: quia videlicet absque opera viri fuit reducta ad actum: idque tempore brevissimo, quo B. Virgo dicebat: Ecce Ancilla Domini &c. aut potius juxta communem Doctrinam in instanti, verosimiliter ultimo prolationis istorum verborum. Secus quam conceptio aliorum hominum quae fit opera viri, & instantanea quidem est, quatenus forma corporeitatis (si detur) producitur in instanti, & eodem instanti anima creatur, & unitur corpori; non est tamen adeo brevis & instantanea quoad ceteras actiones praevias.

68. Actiones perfectae organizationi praeviae potuissent fieri successivè in tempore;

Communitatem doctrinae fuerunt instantanea.

Conceptio proinde Christi fuit miraculosa, quia mirae celeritate immo instantanea, idque sine opera viri.

69. Quo sensu Verbum assumpsit carnem mediante anima, & animam mediante spiritu.

Petes, quo sensu verum sit commune dictum: Verbum assumpsit carnem mediante anima, animam vero mediante spiritu? Quod ex Edicto fidei Constantini Imperatoris refertur & approbatur in VI. Synodo aet. 18. & usurpatur à variis Patribus, atque ex illis idem approbant omnes Scholastici. Resp. facile explicari hoc sensu, ut Verbum intelligatur assumpsisse carnem, non ibi sistendo, sed mediante animam, sive simul cum anima, aut non sine anima, quod Appollinaris Haeresiarcha argumentis Catholicorum convictus tandem concedebat, dicens tamen in Christo fuisse solum animam vegetantem & sentientem, non autem rationalem. Propter quod Catholici insuper addiderunt, Verbum assumpsisse animam, non tantum secundum gradum vegetantem aut sentientem, sed etiam media mente seu spiritu, id est, animam rationalem. Itaque anima fuit causa seu medium congruentiae, ut assumeretur caro; spiritus similiter ut assumeretur anima: quatenus nec carnem sine anima, nec ani-

man nisi spiritualement, seu rationalem decebat assumi; immo talem assumi oportebat ad meritum & satisfactionem exhibendam. Atque ita rectè hoc dictum explicat D. Bonavent. d. 2. a. 3. q. 1.

QUESTIO VII.

Quare Verbum sit Incarnatum?

Verbum propter nos homines & propter nostram salutem descendit de caelis & incarnatum esse, ubique Scriptura, Symbola, & Concilia adeo expresserunt, ut majori probatione non indigeat.

Sed gravis est Controversia, an idcirco ita incarnatum sit Verbum, ut si Adam, & in eo posteri non peccassent, adeoque genus humanum non fuisset redimendum, equidem incarnatum fuisset vi praesentis decreti: quod addo nam quid futurum fuisset vi alterius decreti à peccato non pendens, an scilicet tale Deus tunc habuisset, incerta videtur conjectura: quamvis etiam Ponticus d. 38. q. 1. conj. etet venturum fuisse probabiliter vi alterius decreti tunc ponendi, casu quo praesens fuerit restrictum ad redemptionem generis humani lapsi: eod quod equidem advegens Christi mirabiliter ostenderet divinam omnipotentiam & liberalitatem, cederetque adeo in maximam Dei gloriam.

In hac itaque Controversia Alexander Pylaeus, Alensis, Albertus, Catharinus, Suarez & passim scilicet ac plures alii etiam recentiores censent Dei Filium fuisse incarnandum, etiam si homo non peccasset. Contrarium autem sensit D. Thomas & omnes Thomistae ac plures alii. Gabriel utrumque probabile relinquit. D. Bonav. 3. d. 1. a. 2. q. 2. in corp. priori Sententia pulcherrime declarat, & posteriori subjuncta ait: Quis autem horum modorum melior sit, novit iste, qui pro nobis incarnatus non sit. Quis etiam horum alteri praeponeendus sit, difficile est videre, pro eo quod uterque modus catholicus est, & à Viris catholicis suslinetur. Uterque etiam modus excitat animam ad devotivum, secundum diversas considerationes. Quae quidem verissime dixit Doctor Seraphicus, tandem tamen praeferebat posteriorem Opinionem: quae sane probabilissima est.

Prior nihilominus Opinio probatur I. quia constat praedestinationem Christi in ratione finis & exemplaris esse priorem praedestinatione ceterorum electorum hominum, immo etiam Angelorum: ceteri autem homines sunt electi ante praevium peccatum Adae, ut habet Opinio Plurimorum probabilissima, de qua Tract. de prior praedestinatione electorum, Deo Vno disp. 8. q. 6. n. 8. 1. actum est: & saltem Angeli sunt indubie antea electi: ergo similiter Christus est praedestinatus ante peccatum Adae: adeoque venisset, etsi Adam non pecc-

70. Verbum incarnatum est propter salutem hominis lapsi. Sed tamen versio pro vi est. Adam non peccasset, Verbum incarnatum fuisset.

Sic ut si non dicitur tunc dicitur.

Qua est sententia? Quis est? Quis est? Quis est?

71. Opinio est maius probatur.

Quia prior praedestinatione electorum, Deo Vno disp. 8. q. 6. n. 8. 1. actum est: & saltem Angeli sunt indubie antea electi: ergo similiter Christus est praedestinatus ante peccatum Adae: adeoque venisset, etsi Adam non pecc-

peccasset : cum id quod praedestinatum est prius & independentem ab altero , fieri debeat, etc, alterum non sequatur.

72. Probatur II. Quia praedestinatio Christi est prior decreto condendi uniuersum , adeoque etiam praevisione vel permissione peccati, quod utique supponit productionem uniuersi sive creaturarum rationalium. Antecedens probatur: quia Christus eiusque gloria est finis omnium creaturarum iuxta illud ad Heb. 2. Propter quem, Christum, omnia. De quo nimirum c. 1. praemissum fuerat: Quem constituit heredem uniuersorum, utique secundum humanitatem; ut intelligit Concilium Francofordiense in Epist. Synodica ad Episcopos Hispania. Unde praefata Apostoli verba ad Heb. 2. expendens Rupertus l. 13 De gloria & honore filii hominis prope med. ait: Religiose dicendum, reuerenterque est audiendum, quia propter istum filium hominis (scilicet Christum gloria & honore coronandum) Deus omnia creauit. Similia habet alibi, & Commentarius Anselmi in eundem locum. Atqui finis est prior in intentione; ergo Christus est in intentione (constat quod non in executione) prior omnibus creaturis, & consequenter illarum peccato.

73. Idem Antecedens colligitur ex Scriptura, prout substat Expositioni Patrum, Proverb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum: vel (ut Septuaginta) Dominus creauit me initium viarum suarum. Quod de Sapientia incarnata exponunt passim veteres Patres, tam Graeci quam Latini, & Concilium Hispanense II. c. 23. Cum autem haec non possint verificari quoad executionem, loquitur Verbum incarnatum esse primum in praedestinatione, seu quoad ordinem intentionis, ante omnes creaturas, adeoque multo magis ante peccatum. Neque solum significatur prioritas dignitatis; ut conuincitur ex contextu & intento Scripturae supra, ubi subditur: Antequam quidquam faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra ferret. Accedit etiam illud ad Coloss. 1. Primogenitus omnis creaturae. Quod de Christo quod hominem intelligit Concilium Sardicense in Epist. ad omnes Fideles: quia nimirum Christus dicitur unigenitus ut Deus, primogenitus: ut homo; prout loquitur Concilium Ephesinum To. 1. c. 4. & 5. & To. 4. c. 26. Primo genitus, inquam, non tantum primitate dignitatis, sed etiam primitate creationis, scilicet in intentione: prout etiam ibidem infra dicitur Primogenitus ex mortuis, id est, primus resurgentium ad vitam immortalem.

Denique idem Antecedens probatur: quia Christus est exemplar creationis Adae, ut notant Tertullianus l. de Resurrectione carnis in princip. Athanasius sive alius Auctor Serm. de SS. Deipara post med. ponderantes illa verba Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, id est, Verbi incar-

nati, ut ipsi explicant. Ergo Verbum incarnatum in intentione est prius creatione Adae, & consequenter peccato eiusdem.

74. Probatur Conclusio III. Quia Angelis ante lapsum & Adamo in statu innocentiae reuelatum fuit Mysterium Incarnationis: immo iuxta plurimos Doctores Incarnatio fuit ab angelis accepta occasio lapsus, scilicet superbiae sive inuidiae. Quae commodissime explicantur (in quibus tamen Alii laborant) si Incarnatio fuerit praedestinata ante permissionem peccati.

Probatur IV. Quia Christus & gloria eiusdem est maioris valoris, quam omnes praedestinati simul, teste D. Thoma 1. parte q. 20. a. 4. ergo decuit illum primario intendi, & non tantum occasione peccati; ne alioquin perfectissimum Dei opus sit (ut Scotus loquitur) ens occasionatum.

75. Unde Rupertus l. 13. De gloria & honore Filii hominis versus finem inquitens, utrum Filius Dei, etiamsi peccatum non intercessisset, fuisset factus homo, inter alia respondet: Cum de Sanctis & electis omnibus dubium non sit, quod nascituri forent omnes, usque ad praefinitum numerum secundum propositum Dei, quo ante peccatum benedicens, Crescite, ait, & multiplicamini; & absurdum sit putare, quod propter eos, ut nascerentur, peccatum necessarium fuerit: quid de isto capite & rege omnium electorum Angelorum & hominum sentiendum, nisi quod & ipse maxime causam necessariam non habuerit ipsam peccatum, ut homo fieret ex hominibus, delicias suae charitatis habiturus cum filiis hominum. Ipse enim est Sapientia Dei, qua de isto suo proposito dicit: Dominus possedit me initio viarum suarum. Rupertus consonat Cyrillus l. 5. Theauri c. 8. in fine ubi ait: Praefundatur ante nos Christus, & in ipso nos omnes superedificamur: idque ante initium mundi in praesentia Dei, ut cum ordine aeterno benedictio maledictionem antecesserit, & damnationem in mortem vitae pollicitari, & seruitutem diaboli adoptionis libertas; possit natura humana superatis malis, quae interim acciderunt in pristinam per gratiam Christi, dignitatem recurrere. Quod explicat exemplo architecsti, qui aedificaturus regias aedes, ne lapsu temporis structura aliquid patiat, iacit firmissimum fundamentum, quod saltem seruetur, eique superstrui possit denovo, si quis superiora passa sint. Deinde subdit: Eodem modo Creator noster Christum nostrae salutis fundamentum etiam ante initium mundi formauit, ut si praeruaricatione caderemus, in ipso renouaremur. Plures probationes in Patribus fundatas vide apud Franciscum Castillo d. 4. de Incarnat. q. 1. & alios Scotistas.

76. Pro contraria Opinio obijciuntur potissimum variae Auctoritates, quae dicunt simpliciter Christum venisse ad salvandum peccatores; ut Scriptura, & Ecclesiae Symbola, ac Concilia frequenter. Immo aliquae expressè dicunt, Verbum non fuisse incarnandum, nisi fuisset peccatum; ut loquitur Athanasius Serm. 3. contra Arianos, Leo

In quem velut caput suum Angeli & primi homines ante lapsum crediderunt.

Accedit congruentia,

Et praclarum testimonium Ruperti ac Cyrilli,

Opinio contraria fundatur potissimum in variis auctoritatibus,

Papa Serm. 3. Pentecostes, & plures alii citati in Commentario Scoti in 3. d. 7. q. 3. n. 77. Sufficiat referre verba Augustini Serm. 8. de Verbis Apost. dicentis: Si homo non periisset, filius hominis non venisset. Et Serm. 9. Nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores salvos facere, tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est causa medicine.

Quare explicantur.

Resp. cum Scoto omnes Auctoritates factis explicari, dicendo quod priores quidem asserant Verbum fuisse incarnatum ad redimendum genus humanum a peccato; non negent tamen adhuc fuisse incarnandum peccato seposito. Posteriores autem solum volunt, quod nisi fuisset peccatum, Christus non venisset tamquam Redemptor & in carne passibili, id est, proximè obnoxia passionibus, quas pro nobis sustinuit, & tunc sustinere non fuisset necessarium. Ex quo non sequitur, quod non venisset alio modo, scilicet tamquam justificator, glorificator, & naturæ nostræ dignificator. Patres enim considerant Incarnationem prout jam facta est, nec curarunt agere de ea secundum modum, quo tunc perfecta fuisset, scilicet in carne impassibili. Sicut nec intendunt negare seposito peccato Incarnationem fortasse fuisse peragendam vi alterius decreti de facto numquam positi, & tunc fortasse ponendi. Et hæc explicatio est facilis, immo necessaria, ut Auctoritates alioquin in speciè oppositæ concordentur.

77. Duplex potest considerari decretum Dei circa Incarnationem, unum circa eam secundum se, alterum prioris decreti determinativum ac velut executivum.

Vi posterioris decreti venire Christus debuit in carne passibili, sicut hoc dependens a peccato.

Dices: Vi decreti de facto habitū Christi venire debuit prout de facto venit; atqui de facto venit in carne passibili: ergo vi præsentis decreti venire non potuit in carne impassibili. Resp. duplex fuisse decretum. Primum de substantia Incarnationis secundum se, & propter se, seu propter dignitatem suam; quod erat independens à peccato, & modo veniendi determinatè cum carne passibili, vel determinatè cum carne impassibili: sicut poterat esse independens à loco & tempore nativitatis, à matre sive generante &c. Secundum de assumenda carne passibili peccato jam præviso ad illud tollendum. Quàmvis itaque Christus vi utriusque decreti simul non potuisset venire nisi in carne passibili, potuisset tamen venire in carne impassibili vi prioris decreti, ex quo secutum fuisset aliud determinativum adventus in carne impassibili, si non fuisset peccatum prævisum; sicut nunc peccato præviso secutum est decretum determinativum ad carnem passibilem. Quemadmodum electio ad gloriam est independens à prævisis meritis; & quæ proinde secutum fuisset decretum dandi illam aliis mediis, si non accessisset decretum exequendi priorum electionem mediantibus meritis. In præsentem autem posterioris decretum & motivum, utpote certius, & executivum prioris decreti, magisque deserviens dilectioni hominum excitandæ, solet plerumque magis exaggerari.

Aliter responderi potest, ut prius decretum Incarnationis quoad substantiam habuisse etiam pro motivo redemptionem generis humani à peccato, sed conditionatè, posito scilicet quod sedam peccaret; & isto eventu, determinatè etiam respicere carnem passibilem, & non alias.

Itaque Verbum divinum de facto venit in carne passibili ad tollendum omnia peccata, tum originale, tum actualia; ut fides docet ex illo ad Titum 2. Dedit semetipsum, ut nos redimeret ab omni iniquitate. 1. Joan. 1. & plurimis aliis Scripturis.

Venit tamen principaliter in carne passibili juxta Doctores communiter ad delendum peccatum originale, quo captivum tenebatur totum genus humanum adventu & passione Christi redimendum, quodque radix erat & velut caput omnium reliquorum. Venit nihilominus etiam ob peccata actualia, etsi posteriora ac posterius prævisa, sed cognita per scientiam simplicis intelligentiæ, tamquam nata sequi, aut etiam conditionatè præscita: venit namque perfectè eripere genus humanum ex servitute diaboli, in quam per peccatum Adami inciderat, aut deinceps occasione illius homines incidere contingeret.

Quare etsi solum originale fuisset adhuc venisset in carne passibili: nam adhuc verificabatur motivum istius adventus, scilicet redemptio generis humani à captivitate per originale tunc prævisum incursum. Ita communiter Doctores. Secus est de solis peccatis actualibus: hæc enim non fuerunt principale motivum adventus Christi in carne passibili; immo hic videtur fuisse determinatus, antequam omnia peccata actualia forent prævisa, hæc ratione, quod Deus prævisio originali intenderit hominem perfectè liberare à servitute diaboli: unde sequebatur etiam liberatio ab actualibus, si talia sequerentur.

Fortasse tamen ob peccata actualia sola, præsertim gravia & multorum assumpisset carnem passibilem vi alterius decreti tunc ponendi conformiter ad nimiram nostri dilectionem. Et hoc sufficit ad lætis faciendum quibusdam objectionibus. Quæ tamen etiam ab hoc abstracto facillè solvuntur. Nam quod ait Apostolus ad Gal. 2. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me; verum etiam est juxta Doctrinam explicatam, quia verè pro me mortuus est, & sic liberavit omnes, ut etiam perfectè singulos; etiam id pro singulis seorsum vi præsentis decreti non fecisset.

Similiter quod revelavit Christus S. Carpo (teste Dionysio Areopagita Episc. 8.) se se paratum crucifigi pro salute hominum; intellige, si necdum crucifixus esset. Aut indicavit Christus suum affectum, non vim præsentis decreti divini. Denique peccatores dicuntur ad Hebr. 6. rursum crucifigere

Alius explicandi modus adfertur.

78. Verbum venit in carne passibili ad delenda peccata actualia.

Principaliter tamen ad delendum originale.

Quod est solum fuisse, adhuc venisset in carne passibili vi prioris decreti; scilicet, si sola fuisset actualia.

79. Etsi fortasse vi alterius decreti in carne passibili, prævisum si multorum &c. gravia peccata actualia fuisset.

Explicatio quadam auctoritatis.

An etiam contrarium videtur?

figere sibi metipsum filium Dei, quia ponunt causam partialem, ob quam de facto crucifixus est. Ut alias explanationes omittam, quae videri possunt apud *Esium* in dictum locum.

QUESTIO VIII.

An aliquis meruerit Incarnationem?

Dico I. Christus aut Humanitas illius non meruit Incarnationem. Ita unanimiter omnes Theologi, adeo ut contrarium sine gravi nota sustineri non posset juxta *Præpositum* q. 2. a. 11. dub. 2. Et colligitur ex Scriptura, quæ Incarnationem ubique refert in viscera puræ Dei misericordiæ & charitatis *Luca 1. Joan. 3. ad Ephes. 2.* & alibi. Idem docet *Aug. lib. de Prædest. Sanct. c. 12. & 15. lib. de Bono Persever. ult. Lib. de corrept. & gratia c. 11.* ibidem inculcans prædestinationem Incarnationis Christi esse clarissimum exemplar gratuitæ prædestinationis electorum ad fidem & gratiam, quibus tamen gratia est prædestinata, & datur sine merito; etiam congruo.

Ratio Conclusionis est: quia totum meritum Christi & humanitatis ipsius fundatur in Incarnatione; ergo ipsam non meruit: quia principium meriti non cadit sub merito. Deinde nec Christus nec Humanitas ipsius existit ante Incarnationem; ergo illam non meruit. Et quamvis forte humanitas Christi absolute potuisset primo instanti suæ creationis elicere actum dispositivum ad unionem eodem instanti consecuturam, non tamen congruebat, ut prius operaretur (quod ad esse accidentale pertinet) quam substantialiter subsisteret. Unde Patres non agnoscunt in Christo operationem, nisi theandricam, id est, Dei hominis; quæ proinde supponat Incarnationem. Quapropter nec meruit circumstantias concomitantes, multo minus præcedentes Incarnationem.

Rectè tamen dicitur Christus promeruisse replicationes ipsius Unionis hypostaticæ in Eucharistia sive presentias Eucharisticas: cum fuerit promeritus, ut posset instituire Sacramenta, adeoque Eucharistiam, in qua hujusmodi replicationes involvuntur. Videri etiam posset promeritus continuationem Unionis hypostaticæ: cum respectu hujus non sequatur incommodum, quod contra meritum primæ collationis solet adferri; ut habet *Præpositus* sup. ad idem tamen oppositum esse probabilius ob naturalem incorruptibilitatem ipsius Unionis, & exigentiam ejusdem ad perpetuò durandum; ob quam non videtur consentaneum naturali ejus conditioni, quòd primæ collatione facta mereatur quis ejus continuationem.

Sed difficultas est, an absolute loquendo Christus aut ejus Humanitas Incarnationem mereri potuisset? Ubi *Scottus* existimantes per taxationem Dei posse opera bona elevari ad condignè merendum præmium alioquin excedens valorem intrinsicum meriti, consequenter facile admittunt potuisse humanitatem mereri Incarnationem per opera supernaturalia, etiam de condigno, accedente acceptatione Dei. Primo quidem per opera antecedentia, si ipsa prius tempore extitisset, quam assumeretur. Secundò per opera concomitantia, sed naturæ priora, si (quod quidem minus connaturale, non tamen absolute impossibile est) humanitas in primo instanti existentia prius naturæ, quam personaretur, opus bonum eliceret. Neque enim ad meritum requiritur prioritas temporis respectu præmii, sed sufficit prioritas naturæ. Tertio per opera subsequenta, etiam tempore, quæ tamen ab ipsa Incarnatione non necessariò dependerent; v. g. per amorem, quo humanitas amaret Deum: potuisset enim decerni productio humanitatis in gratia immensa, decerni similiter & absolute prævideri varia ejusdem bona opera, & ob hæc prævisa decerni eidem Humanitati unio hypostatica: quæ tamen in tempore potuisset ei conferri primo instanti; opera autem meritoria prius prævisa posset in tempore posterius exercere. Neque inde sequeretur principium meriti cadere sub merito, ob hoc quòd unio jam præsupposita conferret valorem omnibus operibus sequentibus. Nam conferret quidem etiam operibus, de quibus sermo, valorem, non tamen in ordine ad hoc præmium, scilicet collationem Unionis hypostaticæ, sed in ordine ad hoc desumeret suum valorem ex alio principio dignificante, scilicet gratiâ habituali prius decretâ & prævisâ.

Recepta nihilominus Doctrina prædictis repugnat, non admittens meritum Unionis hypostaticæ condignum esse possibile, quod fundetur dumtaxat in operibus humanitatis ab ipsa Unione hypostatica non dignificatis. Adhuc tamen *Suarez* & nonnulli alii existimant de absoluta potentia potuisse Christum mereri de condigno Incarnationem per opera ipsam subsequenta & ab eadem dependentia, seu valorem necessarium participantia. Ex quo consequens foret principium meriti absolute posse cadere sub merito. Verùm hoc reliqui Theologi passim rejiciunt: eò quòd opera essentialiter præsupponentia Incarnationis existentiam, pro quocumque instanti concipiuntur elicibilia, non possint eandem mereri. Ad hoc namque requireretur, ut ob illa prævisa posset Deus moveri ad Incarnationem decernendam; hoc autem est impossibile: cum ejusmodi opera seu merita absolute prævideri nequeant, non prævisâ

82.
Christus
ejusq[ue] hu-
manitas per
opera etiam
non dignifi-
cata ab
unione
hypostatica
absolute
loquendo
juxta Sco-
ttus mereri
potuisset de
condigno
Incarnatio-
nem.

Etiam per
opera sub-
sequentia.

83.
Nonnulli
censent;
solum per
opera sub-
sequentia
dignificata
ab ipsa
Unione id
potuisse fieri.

Quod me-
rito rejici-
tur.

In-

80.
Christus
quæ hinc
meruit non
meruit in
carnatione.

81.
Videtur in
quædam
Christi
meritum
indicatur.

Et ante
quam non
existit ipse
aut huma-
nitas ipsius.

81.
Rectè tamen
dicitur pro-
meruisse repli-
cationes
Unionis hy-
postaticæ in
Eucharistia.

An etiam
continua-
tio in ipso
promeruit
dispositio.

Incarnatione à qua dependent, adeoque hâc non decretâ. Præscientia autem conditionata operum, quæ fierent, si adesset Unio, hypostatica, non sufficit ut opera sic conditionatè præcisa censeantur habere rationem meriti; ut contra *Sempelagianos* indubitatum est. Deinde sic duo essent sibi invicem causæ, priora & posteriora, sive à se invicem dependentia.

84. Instans Suarez.

Dissolvitur.

Dices cum *Suarez*: Incarnatio videtur potuisse donari per modum anticipatæ solutionis, promerenda scilicet per opera subsequenta. Sicut Rex potest dare equum & arma militi ob merita futura, seu in præmium victoriæ, etsi per eadem arma & equum obtinendæ. Resp. Neg. Aff. Ad exemplum subjectum dico, istam anticipatam donationem non esse dationem præmii: cum arma & equus non dentur ob futuram victoriam tamquam ob meritum, sed tamquam ob finem: dantur enim ut miles victoriam obtineat, & per illam aliquid apud Regem mereatur. Non autem dantur in præmium quia meriturus supponitur: in hac enim suppositione etiam supponitur ipsa datio armorum & equi, unde victoria supponitur necessariò dependere. Unde etiamsi hujusmodi victoria reipsâ non sequeretur, adhuc miles maneret dominus armorum & equi; quorum proinde donatio non poterat esse præmii (quod meritum verum requirit) retributio. Aut si malis militem non fieri dominum, nisi victoriâ subsecutâ, sic donatio præmii non erit principium meriti, utpote posterior reipsâ merito seu victoriâ. Semper quoque verum manebit, quòd id quod merito præsupponitur, equi v.g. & armorum, si non donatio, saltem concessio ad usum, non cadat sub meritum.

85. Antiqui Patres non meruerunt in modo incarnationem quoniam subjunctam.

Dico II. Antiqui Patres non meruerunt substantiam Incarnationis, etiam de congruo. Ita *Scotus, Vasquez*, & alii passim contra *Suarez*. Et colligitur ex Scripturis & Auctoritatibus primâ Conclusionem citatis, quæ partim omne meritum, partim specialiter meritum ipsius Christi aut humanitatis ejusdem, adeoque etiam ceterorum excludunt. Deinde omne meritum Sanctorum fundabatur in gratia dandâ ob merita Christi, adeoque substantia Incarnationis jam supponebatur. Quamvis absolutè loquendo sancti Angeli aut homines justi potuissent Incarnationem mereri, juxta varios *Scotistas* etiam de condigno, per bona opera à Deo acceptata, quæ fierent per gratiam à meritis Christi independentem.

88. Sed solum quoad aliquas circumstantias, in de condigno, sed de congruo.

Dico III. Meruerunt tamen Patres antiqui & B. Virgo aliquas circumstantias Incarnationis, non quidem de condigno, eò quòd non constat de antecedente promissione Dei elevativâ operum ad tam extraordinarium præmium, maxime cum illis aliud ordinarium correspondeat: sed de

congruo. Ita *Scotus, Vasquez* & plerique alii. Probat: quia Abraham per obedientiam suam meruit, ut ex ejus semine Christus nasceretur *Gen. 22*. Sic etiam Daniel meruit accelerationem, ut Scholastici passim colligunt ex *Dan. 9*, ubi Danieli oranti significavit Gabriel Archangelus septuaginta hebdomades esse abbreviatas, ultra quas non differretur redemptio generis humani per Christum. Similiter B. Virgo tanta existit puritatis, ut mater Domini esse mereretur, ut ait *Hieronymus Epist. 22. de Custodia virginitatis in sine*. Similia habet *Augustinus* & alii Patres. Unde de ipsa canit Ecclesia: *Ut dignum Filii sui habitaculum effici mereretur*. Et rursum: *Quia quem meruisti portare &c.* Quæ omnia propriè tonant meritum, saltem congruum. Quamvis *Lorca* ne hoc quidem admitat in Deipara respectu maternitatis, explicans præfatas Auctoritates simili fere sensu, quòd dici solet afflictum mereri consolationem, etsi nihil fiat, per quod etiam de congruo id mereatur. Sed non est ratio recedendi à communi Sententia & propriâ Auctoritatum Expositione.

Signatur B. Virgo se meruit esse mater filii incarnati.

Inmo *Gabriel, Poncius disp. 38. q. 5.* & pauci alii existimant B. Virginem meruisse maternitatem Christi de condigno. In quo etsi nulla appareat implicantia, saltem si accedat divina promissio seu acceptatio, de facto tamen non est admitendum cum Doctoribus communiter: tum quia nulla extat promissio: tum quia totum meritum condignum Deiparæ insinuebatur circa meritum gratiæ & gloriæ juxta legem ordinariam; quam in Deipara fuisse mutatam, sive adjecto securio eoque tam sublimi præmio positivo, sive detracto proportionato ordinario præmio gratiæ & gloriæ, sine folido fundamento (quod non extat) dici non debet. Accedit, quòd præmium maternitatis non videatur respondisse uni determinato operi, sicut meritum condignum, sed pluribus, seu vitæ eò usque sanctissime & innocentissime peractæ.

87. Immo secundum aliquos de condigno.

Quod in se non probatur.

Dices: Quidquid meruit B. Virgo, meruit ex Christi merito; adeoque Christi existentia, & consequenter generatio seu materitas jam præsupponebatur: ergo B. Virgo mereri non potuit, ut esset mater Christi. Resp. Neg. Conf. potuit enim primò præordinari Incarnatio, deinde, ob merita Christi prævita B. Virgo eligi in matrem ordine intentionis, denique decerni ut hanc ipsam dignitatem in executione mereatur per opera faciendâ ex gratia Christi jam futuri & præviti. Præterea potuisset prædestinari Incarnatio, adeoque merita Christi, prius ratione, quam decerneretur, an produceretur ex matre vel sine matre, vel an ex hac aut ex illa, ex hoc vel illo semine: quæ sunt Incarnationi accidentaria.

88. Meritum maternitatis Christi qui esse potuit ex præviti filii meriti.

QUÆ

QUESTIO IX.

An necessarium fuerit Verbum incarnari?

dictum Auctores non satis clarè ostendunt. Ut proinde *Scotista* passim cum *Scoto d. 20. n. 8. & 9.* existiment accedente divinà acceptatione posse saltem excessum demeriti compensari seu adæquari, sic ut satisfactio puri hominis, saltem iusti, vel Angeli de absoluta potentia posset esse condigna ad talem effectum, scilicet remissionem peccati mortalis: sicut divina acceptatio opera iustorum elevat, ut sint meritum condignum præmii alioquin inæqualis.

Neque hinc sequitur quod Deus gratis incarnatus est: sicut Apostolus *ad Gal. 2.* arguit Christum gratis mortuum, si Lex vetus sufficiebat ad iustitiam & salutem. Nam non gratis, sed necessariò est incarnatus, supposità præienti ordinatione, sanè iustissimà. Sicut non gratis, sed necessariò Christus est mortuus & sanguinem fudit, etsi indubiè seposità præienti ordinatione sufficisset effusio unius lachrymæ. Denique etiam seposità ordinatione præienti, poterat deleri peccatum omnino liberaliter; nec tamen inde sequitur, quod gratis, & non necessariò Christus sit incarnatus. Argumentum Apostoli similiter procedit de lege ordinata contra illos, qui loquebantur de efficacia veteri Legi de facto competente.

Dices: Si posset purus homo pro suo vel alieno peccato satisfacere de condigno, vilesceret in æstimatione hominum peccati gravitas; quæ nunc vivaciùs apprehenditur, dum cernitur, pretioso Filii Dei sanguine peccatum oportuisse deleri. Unde inter opera *Cypriani l. de operibus Christi Cardinalibus Tir. de passione Christi* legitur: *Sine hoc holocausto, mortis Christi, poterat Deus tantum condonasse peccatum; sed facilitas veniæ laxaret habenas peccatis æstræibus.* Resp. ad summum inde sequi, convenienter Deum ordinasse hunc satisfactionis modum. Possibilitas autem alterius modi excitare meritò non posset homines ad faciliùs peccandum, qui norunt de facto requiri satisfactionem Dei hominis. Ex parte etiam ipsorum peccantium idem labor & poenitentia tunc posset esse necessaria, quæ nunc. Ad gravitatem quoque peccati dignè pensandam, tunc meritò adhuc sufficere deberet consideratio gravis offensæ infiniti boni, ac pœnæ æternæ, quòdque pro ea non posset exhiberi satisfactio debita, nisi Deo misericorditer acceptante opus puri hominis. Alioquin ipsa exuberans Christi satisfactio à perversis accepta ad laxandas peccatis habenas. Denique holocaustum mortis Christi est, de quo est sermo apud *Cyprianum*: quod tamen non fuisse necessarium ob hoc de absoluta potentia, est indubitatum.

Quodvis autem horum dicatur, certum apud omnes est, magnam esse differentiam inter

Quam negant Varii, signanter Scotista.

91. Ex quorum sententia non rectè inferitur, Verbum gratis esse incarnatū.

92. Obiectio.

Responsio.

93. Differentia inter

89. Incarnatio non fuit Deo necessaria, Etiam supposito peccato, Immo & voluntate liberandi hominem à peccato, Quod potest fieri gratia, Aut requisita solam satisfactionem congruam vel imperfectam, Atque esse necessaria fuisse incarnationem, non tamen possibile est mori Christi, 90. Ad idem pro peccato mortali satisfactionem absolutam necessarium fuisse Verbi incarnationem, etiam receptis multis doctrinam.

87. Quod potest fieri gratia, Aut requisita solam satisfactionem congruam vel imperfectam, Atque esse necessaria fuisse incarnationem, non tamen possibile est mori Christi, 88. Quod potest fieri gratia, Aut requisita solam satisfactionem congruam vel imperfectam, Atque esse necessaria fuisse incarnationem, non tamen possibile est mori Christi.

ampla inter
satisfactio-
nem puræ
creaturæ &
Verbi incar-
nati.

inter satisfactionem puræ creaturæ & Verbi incarnati. Primò, quòd sicut nulla creatura potest pertingere ad dignitatem Verbi incarnati, sic neque offerre tam proportionatam satisfactionem, quàm Verbum incarnatum obtulerit Deo Patri pro peccatis totius mundi. Secundò, quòd satisfactio Christi adæquaverit, immo longè excesserit debitum culpæ totius generis humani; ut Patres docent, signanter Chrysostomus Hom. 10. in Epist. ad Rom. Et idcirco congruentissimè non disposuit Deus sibi reconciliare inimicum, nisi per obsequium magis gratum, quàm offensa eius erat sibi displicens; & tale obsequium eius, est passio Christi vel meritum eius, inquit Scotus 4. d. 15. q. 7. n. 7. Juxta hæc explicari possunt Patres subinde exaggerantes necessitatem Incarnationis, ut Fulgenius lib. de Incarnat. & gratia c. 4. dicens; Nullatenus humana natura ad auferendum peccatum mundi sufficiens atque idonea fieret, nisi Unione Verbi Dei. Sola namque satisfactio Dei hominis ex dignitate operantis habebat æquivalentiam cum tam generali & gravi debito culpæ, secus est de satisfactione puræ creaturæ seclusâ elevatione operum ipsius. Deinde explicari possunt, quòd loquantur ex suppositione modernæ ordinationis Dei; ob quam nemo omnino, nisi Deus homo, potuit de condigno satisfacere pro peccatis nostris.

QUESTIO X.

De Communicatione Idiomatum inter Deum & hominem, quæ ex Incarnatione est consecuta.

94.
Communi-
catio idio-
matum quid
ex vi nomi-
ni,

Oritur ex
Incarnatio-
ne

Ratione
unitatis
personæ.

95.
Non consistit
in reali com-
municatione

IDIOMA Græcè idem est, quod Latine proprietas. Quare communicatio Idiomaticum ex vi nominis idem est, quod communicatio proprietatum. Accipi tamen generaliter solet pro communicatione quorumcumque prædicatorum.

Hanc esse ortam ex Incarnatione, ita ut quæ Christi sunt, ratione divinæ naturæ, possint dici de homine; & rursus quæ Christo competunt ratione naturæ humanæ, possint prædicari de Deo & de Verbo, apertè tradit Scriptura passim, & Ecclesia in Symbolis ac variis Conciliis contra Nestorianos, qui sicut unionem substantialem, & unitatem personæ in Christo negarunt, sic etiam hanc communicationem inter Deum & hominem sustulerunt, sitpote fundatam in præfata unitate, juxta illud Concilii Francosfordiensis in Epist. Synodica: Persona unitas facit, ut quod homo pertulit, Deus pertulisse credatur.

Quæ tamen communicatio idiomaticum juxta fidem non consistit in reali communicatione attributorum divinitatis factâ humanitati, aut contra; prout diversimodè

Hæretici somniant: cum talis communicatio sit impossibilis, & in Incarnatione salva manserit utraque natura, ac utriusque proprietates, cum operationibus utriusque inconfusus. Unde humanitati non est communicata omnipotentia, immensitas &c. ideoque dici nequit omnipotens, immensa &c. Idem est de divinitate cum proportionem.

Certum igitur est in eo communicationem idiomaticum consistere quòd de eodem supposito seu personâ, quæ simul est Deus & homo, verè prædicentur prædicata divina & humana; quæ consequenter verè similiter prædicantur de se invicem. Quod etiam conficitur per hunc syllogismum expositivum: Christus est homo, Christus est Deus, ergo Deus est homo. Quemadmodum album & dulce quia conveniunt eidem lacti; illudque sic expressa connotant, possunt uti de lacte, ita de se invicem prædicari.

Hinc colligitur I. Deitatem & humanitatem, ac utriusque proprietates debere exprimi concretim, ita ut prædicatio non valeret, si utrumque vel alterutrum non exprimitur concretim. Proinde non rectè dicitur, humanitas est deitas, æternitas &c. humanitas est Deus, æternus &c. homo est deitas, æternitas &c. Deitas est homo, passibilis, crucifixus &c. Deus est humanitas, rationalitas &c. Quemadmodum nec verè dicitur, dulcedo est albedo, dulce est albedo; album est dulcedo. Ratio est quia prædicata abstractim expressa non connotant in recto idem suppositum, ratione cuius communicatio idiomaticum verificatur; & alioquin non obstantè Unione hypostatica manent naturæ & proprietates realiter distinctæ: Quæ proinde solum prædicantur de se invicem, quatenus significant idem tertium.

Colligitur II. Prædicata Verbo divino competentia sive ratione Deitatis, sive ratione personalitatis posse verè & propriè in concreto prædicari de homine, dicendo: Hic homo est Deus, æternus, principium Spiritus sancti. Similiter prædicata quæ ratione humanitatis possunt absolutè & simpliciter dici de Christo, etiam verè & propriè posse dici de Deo, sive Verbo divino, dicendo: Deus sive Verbum constat ex corpore & animâ, natum est in tempore ex Virgine, Dominus gloriæ est crucifixus &c. Patet ex dictis. Et confirmatur: Quia hæc propositio est de fide, homo est Deus sive Verbum, similiter hæc, Deus sive Verbum est homo: ergo quidquid de Deo aut Verbo formaliter prædicatur, etiam prædicatur de homine & contra; quia in ejusmodi prædicatione singulari propriè & simpliciter verâ, affirmari potest de subjecto, quod affirmatur de prædicato. Deinde nil ad proprietatem prædicationis deest. Denique tot

Evangelium

proprietas
factâ uni-
procè unio-
in Christi
nature,
Sed in hoc
quòd præ-
cata divi-
Et humani-
rectè de
eadem per-
sona, ali-
de se invicem
prædicantur
96.
Concretim
expressim
9
Cave
etiam
præ-
dicatum
Christi
buen
deno-
tatione
depla
Sic scilicet
ut connota-
torem in
positum,
76.
Quod ar-
clatur
varis em-
plicit,
Cor
214
catum
satis
homo
homo
illi D.
Post
propo-
quo
possi-
ti.

Quest. X. De Communicatione idiomatum inter Deum & hominem. 25

Evangelicæ & Apostolicæ, & in Symbolis contentæ sententiæ, non debent sine urgenti fundamento (quod non subest) ad improprias prædicationes relegari.

Colligitur III. Prædicata divina non posse de Christo homine prædicari cum reduplicatione humanitatis, aut contra. v. g. non rectè dicitur; Christus quia homo est Deus, æternus &c. Christus quia Deus est homo &c. quia propositio reduplicativa vel dat causam, vel designat naturam ratione cujus tale attributum Christo conveniat.

Colligitur IV. Communicationem idiomatum non habere locum in prædicatis, quæ excludunt suppositivitatē divinam: quale est hoc v. g. purus homo. Nec etiam in prædicatis quæ conveniunt Verbo aut Deitati vel humanitati prout præscindit a supposito Deus homo. Unde non rectè dicitur Verbum esse assumptum, et si assumpta sit humanitas; nec humanitatem esse incarnatam, et si incarnatum sit Verbum: hæc enim non rectè tribuuntur ipsi Christo; adeoque multò minus eo mediante aliis per communicationem idiomatum.

Colligitur V. Prædicata divinitatis non posse Christo tribui denominatione accidentali: alioquin enim significaretur suppositorum distinctio, & accidentalis inter utrumque unio. Unde Concilium Ephesinum can. 5. damnat vocem Theophoros, id est, Desifer; eò quòd significet hominem in se subsistentem, qui ferat Deum. Similiter fugiendæ sunt voces Deificatus, dominicus, &c. nisi sano sensu explicentur; intelligendo v. g. per hominem Deificatum, humanitatem substantialiter unitam Deitati in eadem persona, per hominem dominicum intelligendo filium Domini, scilicet Patris æterni, cui specialiter appropriatur esse Dominum.

Petes I. An sicut juxta fidem rectè dicitur Deus esse homo factus; sic rectè dicitur homo factus esse Deus. Respondent Theologi passim Negcum Scoto in Report. 3. d. 7. quæst. 3. quia Christus homo non præexistit antequam fieret Deus, prout contra Deus præexistit, antequam fieret homo; quod tamen modus iste loquendi propriè indicat: cum prius sit rem esse, quam per formam acquisitam fieri talem, vel talem. Nihilominus, et si præfatus sensus sit proprius & congruus, existimo cum Scoto in Scripto Oxoniensi (quod est principale, & semper intelligitur quando citatur sine addito) ead. dist. quæst. 2. num. 7. ista propositio sem simul alium, esto minus proprium; tamen satis congruum sensum admittere, scilicet hunc: Homo per actionem seu actionem incarnativam est Deus. Et juxta hunc sensum non requiritur ut homo præsupponatur, priusquam fiat Deus. Unde hunc loquendi modum usurparunt, post Nazianzen-

Herinæ Sum. Theol. Pars IV.

num & Ambrosium, Augustinus 1. de Trinit. cap. 13. Et Damascenus lib. 3. de fide cap. 11. Omitto alium sentum, qui est apud Lorca d. 63. n. 16 & difficultatem habet.

Petes II. An rectè dicatur, Christus incepit esse idem cum proportione est de hac propositione: Christus desit esse. Respondent Doctores passim, non rectè dici nisi cum addito, secundum humanitatem, vel quatenus homo; existimantes alioquin significari Christum sic incepisse & desuisse esse, ut ante inceptionem & post desitionem simpliciter nullum esse haberet. Verùm videntur propositiones hæc aliquem saltem rectum sensum admittere, ut cenet Scotus d. 11. q. 3. Vasquez, & alii: nam Christus in rigore importat compositum ex natura humana & divina persona, quod verè incepit esse; cum de illo fuerit verum dicere, hoc compositum jam est, & antea hoc compositum non fuit. Similiter in morte esse desit: quia illud compositum quod antea fuerat, tunc amplius non erat. Nec obstat quod aliqua pars, videlicet divina natura & personalitas, præfuerit, ac semper manserit: quemadmodum non obstat homini hodie concepto, ut dicatur incipere, & mortuo, ut dicatur desuisse, quòd materia præfuerit, & post mortem tam ipsa, quam anima manserit.

Quòd si ly Christus accipiatur ut connotet personam seu suppositum, adhuc vera foret propositio, si per illam nil aliud significaretur; quam suppositum istud accepisse esse in tempore: ad hujus enim verificationem sufficit, quòd in tempore accepit aliquod esse simpliciter, prout accepit esse humanum, quod est esse simpliciter, et si secundarium, istius suppositi. In hærendo tamen rigori dialectico, videtur propositio connotando suppositum simpliciter, falsa; ut, pote exponenda hoc modo: Suppositum istud jam est, & antea non fuit, scilicet quoad nullum esse simpliciter istius suppositi; cum negatio ibi præcedens, veluti malignantis naturæ, neget totum. Aliud foret, si diceretur, Esse Christi incepit, seu Esse in Christo incepit: hoc enim exponendum est. Esse Christi (aliquod scilicet Esse simpliciter) jam est, & antea non fuit. Unde S. Bonaventura d. 11. a. 2. q. 2. de hac locutione, Christus incepit esse, dixit: Non omnino concedenda est, nec omnino neganda.

Petes III. An ratione diversarum naturarum possint verificari de eadem persona Christi contradictoria? Resp. propriè loquendo quòd non: et si enim prædicata positiva, in eadem natura incompatibilia, v. g. esse Deum & hominem, æternum & temporalem, immensum & limitatum &c. verè simul denoniment eandem personam, in qua diversæ hujusmodi naturæ sunt unitæ: prædicata tamen negativa seu negativè sumpta in rigore & sine addito falso attribuantur isti personæ. Quæ proinde falso dic-

101. Christus incepit esse, juxta multos non nisi cum addito, quia homo.

Rectè tamen dicitur simpliciter, si Christus supponat formaliter pro ipso compositum ex humanitate & divina persona.

102. Si autem connotet suppositum, adhuc quodam sensu posset subsistere.

Non tamen in rigore dialectico.

103. Non possunt de eadem persona Christi simpliciter affirmari contradictoria.

98. In qua cogitandum à particula reduplicativa.

99. Et prædicata excludunt suppositivitatē divinam.

100. An præfatum dicitur à supposito.

101. Cavendum utam in prædicatis divinitatis Christi tribuatur à denominatione accidentali.

102. An magis proprie dicitur, Deus factus est homo, quam homo factus est Deus.

103. Possunt proprie loqui de eadem persona Christi simpliciter affirmari contradictoria.

diceretur non Deus, non aternus, non immensus; item non homo, non temporalis, non limitatus &c. cum negatio sit malignantis naturæ, adeoque significet ea quæ negantur nullâ ratione tali personæ competere. Ut proinde si negativè accepta huiusmodi prædicata reperiantur in eodè Christo simpliciter attributa, exponi debeant positivè vel cum tacita reduplicatione.

104.
Christus est & prædicatur univo è ceteris hominibus.

Petes IV. An Christus sit & prædicetur esse homo univo è cum aliis hominibus? Resp. Aff. eò quòd vox homo secundum eandem rationem principaliter significatam, scilicet humanitatem, conveniat Christo & aliis hominibus; esto connotatum suppositivitas sit diversum. Estque utrobique prædicatio generis de specie, aut naturæ de supposito.

An etiam homo prædicatur univo è Deo & Christo.

Notant autem varii *Scotista* conformiter ad phrasim Aristotelicam, quòd vox homo de Deo & Christo stricte loquendo non prædicetur univo è, eò quòd prædicatio sit diversæ rationis, cum Deo sit accidentale, Christo essentielle esse hominem. Addunt tamen, quòd eadem vox sit respectu utriusque prædicatum univocum, eò quòd ipsum quod prædicatur sit unum secundum principale significatum.

105.
An Christus fuerit homo in triduo mortis.

Petes V. An in triduo mortis verum erat dicere, Christus est homo? Resp. Neg. Theologicè & realiter loquendò, ut rectè *Scotus* d. 22. n. 18 *D. Bonav. ibid. art. 1. q. 1.* & alii communiter: tunc enim non erat unio animæ cum corpore; ob cuius defectum, sicut non erat homo, actu scilicet & realiter ante conceptionem, sic neque tempore mortis. Logice tamen loquendo varii præfatam propositionem admittunt, uti hanc, Joannes est homo, etsi Joannes sit mortuus, ampliandò scilicet extrema propositionis, veluti necessariæ. Nihilominus *Scotus sup. n. 19.* posteriorem quidem logicè admittit, sed priorem negat, veluti contingentem, ob involutam in significato vocis *Christus* complexionem contingentem, ratione cuius contingens est unionem inter Deitatem & humanitatem subsistere, Deumque esse hominem; adeoque pariter contingens videri potest, Christum esse hominem, cui simpliciter attribuitur utrumque involutæ in eodem complexionis extremum. Quod *Scotus* confirmat ex eo, quòd ex necessario non possit sequi contingens, ne alioquin possit dari antecedens verum consequente falso; id ipsum autem sequeretur in præsentia, si præfata propositio foret necessaria; ut patet in hoc syllogismo: *Christus est Deus, Christus est homo, ergo Deus est homo.* Idem ob similem rationem censet *Scotus sup.* de hac, *homo albus est albus*; quam nullo homine existente putat esse falsam. Quæ quidem satis subtiliter dicta sunt; etsi ex arbitraria vocum acceptione pendere videantur.

106.
Petes VI. An Verbum rectè dicatur præ-

destinatum, eadè homo, seu ut in tempore fieret homo? Resp. Aff. contra Nonnullos. Non quasi aliquid intrinsicè Verbo pendeat à divipa providentia, sed aliquid extrinsecum, ad quod in tempore terminatur, utique v'ordinationis seu prædestinationis divinæ; quod in re aliud non est, quam sub prædestinationem cadere directè ipsam unionem Verbi cum natura humana. Quòd autem inde non accesserit Verbo aliqua gratia seu beneficium, parum refert: cum id non necessariò importet præmissus loquendi modus. Dico *loquendi modus*: de hoc enim solo potest esse quæstio. Vide *D. Bonav. d. 7. art. 2. q. 2.*

QUESTIO XI.

Quomodo Christus sit & dici possit Dei Filius, servus vel creatura?

CERTUM est de fide, quòd Christus simpliciter sit & dici debeat verus & naturalis Filius Dei. Nam in Scripturis vocatur verus & proprius ac unigenitus Dei filius. Ratio est: quia Christus est persona Verbi; hæc autem est naturalis filius Dei Patris, ut constat ex mysterio Trinitatis.

Movetur tamen quæstio, an in rigore logico vera sit propositio: Hic homo, vel Christus quæ homo est prædestinatus, ut sit filius Dei naturalis? Affirmant plurimi Scholastici, sic accipientes dictum Apostoli ad Rom. 1. *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute &c.* Vt cum Apostolus ibi ad litteram intelligitur, non de prædestinatione propria, sed de Declaratione, q. d. qui declaratus est esse Filius Dei per virtutem operum, signorum &c. Sic enim habent Græci & intelligunt Græci Patres, & multi Interpretes. Et favet contextus. Immo altera Expositio difficulter textui accommodatur, ut videre est apud nostrum *Sabbath* & alios. Nisi quòd facile posset intelligi de prædestinatione ad hoc totum complexum, scilicet, ut sit filius Dei in virtute, sive esse ostendatur in operibus & miraculis. Quod coincidit ferè cum Expositione Græcorum.

Hinc *Præpositus*, *Becanus*, & plures alii propositionem præmissam non admittunt: eò quòd objectum prædestinationis debeat ab ipso Deo prædestinari: saltem ratione præconcipi termino ad quem prædestinatur: dum enim aliquid prædestinatur ad alterum tamquam terminum obtinendū, debet ipse prædestinans præconcipere id quod prædestinat tamquam distinctum ab eo ad quod prædestinat; adeoque necessarium foret, præconcipi Christum sive hunc hominem velut efficiendum dignitate filiationis; quam tamen in primo suo conceptu involvit. Et quàmvis nos simplici apprehensione possemus concipere hunc hominem sub ratione humanitatis in aliqua suppositi-

talitate in confuso, eumque esse praedestinatam ad esse filium naturalem Dei: Deus tamen eiusmodi confusas abstractiones non facit, adeoque hominem sic primo confusè cognitum non praedestinat deinde ad esse filium Dei. Quare juxta sensum praemissum videtur propositio, de qua quaestio, non esse admittenda.

Nihilominus sicut *quaest. praec.* ostendimus dari congruum aliquem sensum hujus propositionis, Homo factus est Deus, etsi in alio sensu obvio & forte magis proprio vera non sit: sic videtur posse in simili aliquo sensu subsistere propositio, de qua hic quaeritur; nimirum, ut significet, quod Christus sive hic homo per praedestinationem sit filius Dei; quatenus per praedestinationem fit, quod humanitas sit Verbo unita, adeoque existat homo Deus, Dei que filius. Quem sensum assignat *D. Bonav. 3. d. 7. art. 2. q. 3.* & alii.

Quaeritur etiam an Christus rectè dicatur filius Dei naturalis, cum reduplicatione, quà homo? Sic enim Nonnulli indistinctè loquuntur, ob Auctoritatem praesertim *Concilii Francofordiense*. Verùm distinctione opus est. Nam si ly quà homo non reduplicet humanitatem, sed personam, hoc modo, Christus secundum quod est homo, seu in quantum dicit personam quae est homo, est filius Dei naturalis; certissimum est propositionem esse veram: quia eadem personae quae est homo, est proprius, æqualis, & coæternus Patri Filius vi aeternae nativitatis. Et hoc sensu procedit *Concilium Francofordiense, & Adrianus Papa in Epist. ad Episc. Hispania;* ut ex verbis, probationibus & scopo Concilii & Papae agentium contra *Felicem Urgelitanum Episcopum & Elipandum Toletanum Archiepiscopum Nestorianos* est manifestum. Si autem ly quà homo reduplicet ipsam humanitatem, manifestum est Christum quà hominem non esse filium Dei naturalem & unigenitum: cum humanitas non sit ratio ob quam vel secundum quam Christus sit hujusmodi filius Dei.

Quod si Christus quà homo formaliter consideretur quatenus includens praesens humanitatem & personalitatem, Verbi scilicet, quae est filiatio divina; sic etiam non est proprie loquendo (quamvis ita plurimi Recentiores loquantur) filius Dei naturalis: quia non communicatio personalitatis, sed naturae similis constituit filium Patris naturalem: filiatio enim naturalis fundatur in natura, quae à principio generante vivente procedit similis naturae generantis. Deinde non qui habet filiationem naturalem Dei est filius naturalis, nisi quatenus per illam est genitus; prout per illam genitus non est Christus quà homo. Alioquin filiatio naturalis est etiam in ipsa Deitate filii, in ipsa humanitate, in cadave-

Herincx Sum. Theol. Pars IV.

re Christi defuncti, in sanguine assumpto, esseque posset in quavis substantia aut accidente, cui personalitas Verbi foret unibilis; absque eo tamen quod istis competat esse filium naturalem Dei Patris. Denique de hujusmodi filiatione non agit *Concilium Francofordiense*, sed de ea, quae Christus per aeternam generationem procedit in natura similis & coequalis Patri, adeoque magnus Deus de Deo; ut insipienti Concilium fiet manifestum. Si tamen quis minus proprie, vel largè loquendo contendat Christum posse vocari filium naturalem Dei, quatenus homo est, seu quatenus includit humanitatem & personalitatem filii Dei, nolim operosè cum tali disputare.

Præterea quatenus humanitati Christi natura Patris divini est substantialiter communicata, non quidem per generationem (prout ratio filii naturalis proprie exigit) sed per substantialem & hypostaticam Unionem, posset quodam sensu Christus quà homo eatenus dici filius naturalis Dei: si enim communicatio divinae naturae accidentalis per gratiam constituat hominem Dei filium; perfectius id faciet communicatio substantialis per Unionem hypostaticam, adeoque etsi non constituat naturalem filium strictè loquendo, saltem constituet in latiori quadam significatione.

Quaeritur præterea, an Christus quà homo possit dici filius Dei adoptivus, ratione scilicet gratiae sanctificantis, per quam humanitas Christi est sanctificata, cuique respondet hereditas aeterna & creata, quam Christus secundum humanitatem obtinet? In qua quaestione, quae merè ad modum loquendi spectat, Doctores communiter sensent, quod non; adeo ut Nonnulli ex ipsis oppositum loquendi modum (qui est *Durandi & quorundam aliorum*, & fuscè propugnatur à nostro *Francisco Castillo dispo. 17. de Incarnat. qu. 1.* per totam) condemnent tamquam contrarium *Concilio Francofordiensi & Adriano Papae*, à quibus damnata est hæc propositio: *Christus quà homo est filius Dei adoptivus*. Sed, ut omittant, quod Nonnulli dubitent de Auctoritate *Concilii Francofordiense*, & consequenter *Epistolae Adriani, Sacrosyllabi & Epistolae Imperatoris* (tum quod *Surium* illud edidisse putent levi fundamento, cum tot sæculis delituerit, ignotum etiam illustribus Scholasticis: tum propter affectatam styli elegantiam: tum quia *SS. Eugenium, Ildephonsum & Julianum Archiepiscopos Toletanos* ab Ecclesia maxime aestimatos & pro sanctis habitos, non leviter notat, quasi etiam nomina illorum eorumque fuerint Ecclesiae ignota: tum quia plures Thologi admittunt in eo damnatam esse adorationem imaginum in *II. Synodo Nicæna* definitam) concessâ plenariâ Auctoritate, adhuc rectius alii Doctores advertunt præfatam propositionem

C 2 nem

109. Assignatur equi aliis sensus satis congrui.

110. Has propositiones, Christus quà homo est filius Dei naturalis, juxta varias sensus admittenda est vel neganda. *Primum sensus.*

Secundus sensus.

111. Tertius sensus.

112. Quartus sensus.

113. An Christus quà homo sit filius Dei adoptivus.

Asserit Durandus & quidam alii.

An Filius Dei sit deus ut sit ho

107. Christus simpliciter Filius Dei naturalis

An Filius Dei sit naturalis, quia homo est filius Dei naturalis, juxta varias sensus admittenda est vel neganda. *Primum sensus.*

108. Plures sensus sunt in hac propositione.

Neque id
condemna-
vit Conci-
lium Fran-
cofordiense,
nisi in sensu
Nestorii.

nem solum esse damnatam in sensu Nestorii, scilicet cum divisione personarum: nam Felix & Elipandus latenter Nestoriani solam seu partem in Christo adoptionem admittent, excludendo ab eadem persona filiationem naturalem, & dividendo unam personam filii cum Nestorio in duas personas, id est, veri filii & adoptivi; ut in terminis tradit Alcuinus Auctor contemporaneus lib. 3. de Trinit. cap. 9. eisdemque alloquens Concilium in Epist. Synodica circa princip. ait: *Hominem Christum verum Dei Patris filium esse negastis. Et infra: Neque enim alium Jesum Christum, alium Verbum, ut nova heresis calumniatur &c.* Novam vocat, quia in novis Auctoribus novo induta pallio denuo apparebat. Unde in eadem Epistola dicitur: *Nonne olim eadem heresis vestra in Nestorio ab universali S. Ecclesia refulata est etiam & damnata? Et Sacrosyllabus appellat novos Ecclesia hostes, sed veterinosâ fece perfidia pollutos.* Eademque Synodus supra expostulat; *Da unam in redemptoris Dei hominisque personam: & Adrianus Papa in Epist. ait: Eum adoptivum, & non proprium filium confitemur.*

114.
In quo Con-
cilio non de
sola voce
adoptio, sed
de palliata
hoc nomine
pluralitate
personarum
seu de adop-
tione pura
actum fuit.

Ex quibus & multis aliis, quæ longum foret recensere, post attentam singulorum ruminatorem, satis apertum mihi videtur, non de sola voce adoptionis (quæ sane intellecta non excitasset tantas in Ecclesia turbas) sed de ipsa pluralitate personarum palliatâ nomine adoptionis, scilicet puræ, fuisse questionem cum Felice & Elipando, eosque formalissimè fuisse Nestorianos. Nec mirum, quod Elipandus hanc suam perfidiam verbis ambiguis tegere studuerit, dum teste Vasquez in confessione sua dixit: *Et qui dicit, Gloriam meam alteri non dabo; homo interior in una eademque Dei & hominis persona deglomeratus atque carnis vestimento indutus.* Imitatus est enim in hoc Auctorem Erroris sui Nestorium, qui ut videretur consentire Catholicis, unam personam callidè fatebatur, teste D. Thoma quest. 2. art. 6. in corp. Idemque patet ex Epist. Synodica Concilii Francofordiensis, ubi ex Cyrillo refertur: *Nestorius simulat se dicere unum filium & unum Dominum &c.* Ad sensum itaque istorum Hæreticorum Concilium & Adrianus Papa docuerunt Christum quæ hominem non esse ita adoptivum, quin eadem persona sit filius Dei naturalis.

115.
Retinenda
tamen com-
muni opinio,
qua reser-
vati simpli-
citer hanc
propositionem,
Christus quæ ho-
mo est filius
Dei adopti-
vus.

Nihilominus quia in questione de voce præferenda est communis vocis usus & intellectus, videtur simpliciter non admittenda hæc propositio: *Christus quæ homo est filius Dei adoptivus.* Ita communiter Doctores. Ratio est: quia significatio vocis adoptio, ut apud Auctores constanter sumitur, non abstrahit ab adoptione pura, sed hanc includit. Adoptio namque vocatur personæ extraneæ in filium vel nepotem atque adeo heredem liberalis & gratuita assumptio, quæ assumptione adopta-

tus solo affectu jungitur adoptanti, & manet persona ab illo extranea: *Quia est enim (ut utar verbis Concilii præfati in Epist. cit.) adoptio, nisi charitatis copulatio, quæ Pater adoptione sibi copulat filium, quem proprium non habet? Ob quod filius adoptivus dicitur filius, non naturæ, sed voluntatis. Et (ut dicitur in Sacrosyllabo ibidem approbato) adoptivus dici non potest, nisi qui alienus est ab eo, à quo dicitur adoptatus.* Cum itaque Christus quæ homo non sit persona extranea aut aliena à Deo, sed includat saltem personalitatem Verbi, non potest dici filius Dei adoptivus.

Nec obstat, quod saltem humanitas Christi secundum se sit Deo extranea: quia non manet extranea, sed per Unionem hypostaticam substantialiter ei unitur in unitate personæ. Deinde humanitati Christi vi suæ generationis debebatur velut connaturaliter jus ad hereditatem: ad generationem enim illius spectabat substantialia complementum, adeoque Unio hypostatica (cui præfatum jus quasi connaturaliter debebatur) cum personalitate Verbi. Denique etsi adoptio quodam sensu competeret humanitati Christi, ipse tamen Christus seu persona cui proprie convenit denominatio filii, non posset dici filius adoptivus etiam quæ homo, quia denotaretur personam istam esse purè adoptivam, seu personæ eidem nullâ ratione competere filiationem naturalem. Alioquin in largiori (si daretur; ut contendunt Doctores oppositæ sententiæ) vocis adoptio significatio, ut comprehenderet eam, quia non est pura, modicum referret, quod Christus quæ homo ratione gratiæ sanctificantis humanitati infusæ appellaretur filius Dei adoptivus. Verum hæc significatio non admittitur: *adoptivus siquidem non habet aliam significationem, nisi ut Jesus Christus non sit proprius filius Dei, inquit Concilium in Epistola præfata.*

Dices, si Spiritus sanctus loco Verbi fuisset incarnatus, Deus-homo non fuisset propriè filius Dei naturalis, utpote non genitus naturaliter à Deo Patre: ergo ratione gratiæ sanctificantis potuisset vocari filius Dei adoptivus; adeoque sic potest de facto appellari Christus quæ homo. R. N. Consequens, nam Deus homo tunc quoque non fuisset persona Deo extranea, ipseque ab intrinseco habuisset jus ad hereditatem aliarum personarum; adeoque non potuisset dici filius Dei adoptivus.

Quod ad alteram questionis partem attingit, etsi abstinendum esset à simplici appellatione servi, quoad Christum; non tamen si addatur aut saltem subintelligatur particula reduplicativa, quæ homo. Sic enim Patres passim nomē servi Christo tribuunt, ut patet apud Cyrillum lib. 12. Theauri cap. 15. Athanasium serm. 3. contra Arianos, & Augusti-

116.

An si Spi-
ritus sanctus
fuisset in-
carnatus, fuisset
Deus-homo
dici filius
Dei adoptivus.

117.
Christus
quæ homo
potest dici
servus.

nam Epist. 178. circa finem, ubi ait: In qua infirmitate humanitatis non solum subditum, sed etiam servum evidenter constat. Quae quidem servitus fuerat in creatione, ac essentiali dependentia humanitatis Christi à Deo, & in dominio inabdicabili Dei super omne quod non est ipse. Propter quod si sit creatura rationalis, tenetur Deo subijci, ejusque voluntati parere, atque ipsum tamquam Supremum dominum colere, & revereri.

Nec obstat quòd Leo Papa serm. 2. de Nativitate, ait: Creata est forma servi sine conditione servili. Nam loquitur de servitute vili & poenali, contracta scilicet ex peccato veluti poena ejusdem: Quia (ut immediate subdit) novus homo sic contemperatus est veteri, ut & veritatem susciperet generis, & vitium excluderet veteritatis.

Non obstat etiam, quòd Concilium Francofordiense & Adrianus Papa absolute negent Christum posse dici servum: nam (ut ex contextu patet) loquuntur de servitute pura seu excludente dominium absolutum ab eadem persona. Quo sensu etiam Damascenus l. 3. de fide c. 21. ait: Qui servum eum dicunt, unum Christum instar Nestorii in duos dividunt. Præterea excludit Concilium à Christo, non servitatem naturalem in productione fundatam, sed poenalem, sive procedentem ex culpa. Unde ait: Etsi eum Propheta servum nominasset, non tamen ex conditione servitutis, sed ex humilitatis obedientia (quæ est propria humanitatis sui creaturæ) Papa Leone dicente: Assumpta est de Matre Domini natura, non culpa, creata est forma servi sive sine conditione servili. Et in probationem adducit primum hominem, qui conditus sit liber, & imago Dei, non servus, nempe servitute poenali. De naturali enim quis dubitat, quin Adam creatus fuerit servus Dei? Quare subdit: Unde Adam fuit servus factus, nisi ex peccato. Christus autem non fecit peccatum, ideo servus non est peccati &c.

Instabis: Concilium æque vel magis abhorret ab appellatione servi, quam filii adoptivi. Nam inter alia dicitur in Epistola Adriani Papæ: Adoptivum eum filium qualificatum hominem calamitati humana subiectum, & (quod pudet dicere) servum quæ impij & ingrati tantis beneficiis Liberatorem nostrum non perimescitis venenose saucie susurrare. Ergo si idcirco non admittatur à Theologis nuncupatio filii adoptivi, etiam nulla ratione admittenda erit nuncupatio servi. R. N. Conseq. Nam constat vocem servus præter significatorem servitutis legalis sive poenalis habere etiam propriam, quæ designat servitute naturalem, & in ea loqui Patres supra citatos & alios. Audi Athanasium supra: Omnes istiusmodi vocule scilicet facti, conditi, servi, filii &c.) in rationem humanitatis bene & proprie competunt. Audi Chrysostomum Homil. 7. in Epist. ad Philipp. Si forma Dei perfectus Deus est, est & Herinex Sum. Theol. Pars IV,

forma servi perfectus servus. Afficitque hæc servitus mediante natura humana ipsum Christum. At esse filium adoptivum respicit personam, quæ adoptatur, esseque debet extranea, ut proinde significationem non habeat, quæ à pura adoptione abstrahat; prout superius dictum est.

Non obstat denique, quòd Christus habeat communicationem in bonis cum Patre: nam hæc non habet secundum humanitatem formaliter, nisi per quandam participationem, sicut etiam Beati habent communicationem cum Deo in bonis ejusdem, scilicet in beatitudine. Ratio autem servi secundum quod servus est, solum excludit æqualem communicationem in bonis domini, ac ne sit juris sui, sed domini sit quidquid habet in quantum servus est.

Ex quibus colligi potest quòd Christus, connotando suppositum, in rigore loquendo non videatur posse dici servus absque addito aut subintellecto, quæ homo: quia servus nihil proprii habet, adeoque persona, quæ simpliciter appellatur servus, debet nihil habere proprii, sed tota seu secundum omnia esse in dominio seu potestate alterius: quod non convenit Christo ratione divinitatis & personalitatis. Aliud videtur dicendum de voce subiectus, quæ simpliciter potest Christo tribui, dicendo: Christus est Patri subiectus.

Ad tertiam quaestionis partem Resp. Christum non posse dici creaturam, si hoc nomine intelligatur quid productum ex nihilo secundum se totum: aliàs esset pura creatura, & non Deus. Vox tamen istum sensum non exigit: cum non necessario coincident creatura & pura creatura. Quare vox Creatura etiam rectè idem significat quod factura, scilicet rem à Deo factam seu productam. Et hoc sensu Christus rectè dicitur creatura, non solum cum addito, in quantum homo, sed etiam simpliciter. Tum quia sic locuti sunt Patres, ut Augustinus, Ambrosius, Leo & plures alii. Sufficiant verba Hieronymi in illud ad Ephes. 2. Ipsi enim sumus factura, dicentis: Nos liberè proclamamus, non esse periculum, cum dicere creaturam, quem vermem, & hominem, & crucifixum, & maledictionem tota spei nostrae fiducia profitemur. Tum quia humanitas Christi est creata & creatura: ergo similiter Christus: sicut ipse ratione humanitatis simpliciter dicitur crucifixus, mortuus &c. Tum denique quia hoc compositum, Christus, est verè productum, scilicet secundum humanitatem, & unionem humanitatis cum Verbo: est non secundum omnia in eo inclusa, quod non requiritur. Unde sicut simpliciter Christus dici potest productus, uti in passione destructus seu mortuus, sic etiam simpliciter potest dici creatus seu creatura. Cavendus tamen est sensus Ariatorum (cujus equidem periculum jam evanuit

Non obstat quoque communicatio in bonis Patris, utpote Christo non competens secundum humanitatem.

120. Christus non est servus nisi cum addito aut subintellecto, quæ homo.

121. Christus quo sensu dicitur creatura, quo sensu non.

118. Circa vilem aut poenalem servitutum.

Concilium Francofordiense excludit à Christo servitutum puram & poenalem.

119. Instans ex eodem Concilio.

Salutis.

117. et in omni casu poenalis servitutum.

in Ecclesia & Scholis) qui Christum dicebant esse creaturam, intelligendo etiam quatenus erat Verbum Dei, seu secunda in Trinitate persona, quam *Ariani*

dicebant similiter esse creaturam Patris, hunc solum asserentes esse verè & substantialiter Deum.

DISPUTATIO SECUNDA.

De Perfectionibus Christi.

QUÆSTIO I.

De Scientia Christi.

1. **A**GITUR hic tantum de Scientia & reliquis perfectionibus Christi quatenus homo est: nam de perfectionibus divinitatis in 1. Parte tractatum est.

Christus secundum humanitatem in vita mortali vidit Deum;

Dico I. Christus quia homo habuit in hac vita claram Dei visionem, idque ab initio suæ conceptionis. Est extra controversiam. Prima pars colligitur ex Scriptura: *Joan. 1. Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* q. d. ipse ergo venit & enarravit, sicut vidit, & sicut enarravit per humanitatem dum hic viveret, sic etiam per illam tunc vidit. Et *cap. 3.* Christus de seipso ait: *Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. . . . nemo ascendit (quod est præteritum; ut patet ex Græco) in caelum, nisi qui descendit de caelo, Filius hominis, qui est in caelo.* Tunc autem necdum ascenderat in caelum corpore; adeoque loquitur de ascensu mentis per visionem beatam. Et *cap. 8.* ait Christus: *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor.* Et *cap. 12.* *Vbi ego sum, illic & minister meus erit, scilicet in gloria.* Et *cap. 14.* *Ut ubi ego sum, & vos sitis.* Idem docent Patres, *August. lib. 4. De consensu Evangelistarum cap. ult.* & alibi. Vide *Suarez disp. 25. sect. 1.* Ratio est: quia hoc exigebat connaturaliter Unio hypostatica; nec erat ratio cur humanitati Christi in hac vita non concederetur, quandoquidem non obstaret fini redemptionis, sicut gloria & impassibilitas corporis obsticisset passioni.

2. *Idq; ab initio ab instanti conceptionis.*

Secunda pars patet: quia Christus habebat Unionem hypostaticam ab initio conceptionis; nec erat ratio differendi visionem beatam ei in hac vita dandam; cum Christi intellectus impedimenta ætatis nesciret. Unde *Richardus 1. 2. de Emmanuel cap. 22.* ait: *Quod nos expectamus in consummatione, illi deum est in sua conceptione.* Confirmatur, tum quia non est credibile divinam personam non mox ditasse naturam humanam tam singulari sibi vinculo colligatam plenitudine superabundanti gloriæ omnique gratiæ: Tum quia non decebat sic uniri animam, nisi esset simul Deiformis secundum quod erat possibile. Unde Theologi cum *Scoto d. 2. q. 2. n. 12. glo-*

riam gratiæque & veritatis plenitudinem in Christo homine fundant in hoc, quod *Joan. 1.* dicitur *unigenitus à Patre.* Quod à primordio conceptionis suberat. Hinc etiam illud apud omnes Scriptores vulgatum, quod Christus à principio fuerit simul viator & comprehensor.

Nec obstat, quod *Lucæ 24.* dicitur: *Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Et *Joan. 7.* *Nondum erat Spiritus datus quia Jesus nondum erat glorificatus.* Et *cap. 17.* *Clarifica me tu Pater.* Nam Scriptura sic loquitur partim de gloria corporis seu resurrectionis, & glorificatione Christi in ascensione, partim de clarificatione nominis ejus & divinitatis quoad nos.

Non obstat II. quod visio beatifica generet summum gaudium: quod non videtur consistere cum summa tristitia, quasi Christus habuit quando dixit *Matth. 26.* *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Nam et si connaturaliter loquendo id verum sit, absolute tamen potest gaudium & tristitia summa simul consistere, quando non sunt de eodem objecto sub eodem motivo formali. Deinde potuisset per Deum tempore passionis gaudium beatificum Christo subtrahi ad perfectius pro nobis satisfaciendum: quod factum esse putat *Canus*; iamquam *Suarez* hoc dicat temerarium. Saltem potius existimandum foret suspensum fuisse gaudium beatificum, quam neganda Christo victori sive tristitia five visio beata.

Porrò visio hæc beata non fuit quidem infinite perfecta, cum talis visio creata repugnet. Fuit tamen inter creatas omnes perfectissima: prout dignitas humanitatis Verbo Dei unitæ exigebat, adeo ut si deus status in perfectione specificâ vel intensiva visionum possibilium (de quo in Philosophia) ipsa sit tam perfecta, ut eâ nequeat dari perfectior.

Dico II. Christus ab initio conceptionis habuit perfectam rerum omnium notitiam. Est contra *Luthericos* & alios Hæreticos (quos refert *Bellarminus l. 4. de Christo cap. 1.*) negantes Christum scivisse omnia, sed more ceterarum paulatim didicisse, quæ prius ignorabat. Probat ex Scriptura *Joan. 1.* *Vidimus gloriam ejus gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* Deinde probatur ex Patribus. *Nazianzenus Orat. in S. Basilium dicit: Ille (Christus) ut arate, ita etiam*